
3 1761 06236410 4



ACADÉMIE ROYALE DE BELGIQUE

COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE

CHARTES DE L'ABBAYE

DE

SAINT-MARTIN DE TOURNAI

RECUEILLIES & PUBLIÉES

PAR

Armand d'HERBOMEZ

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES DE PARIS, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

TOME SECOND



BRUXELLES

LIBRAIRIE KIESSLING ET Cie, P. IMBREGHTS, SUCCESSEUR

Montagne de la Cour, 54.

HAYEZ, IMPRIMEUR DE L'ACADÉMIE ROYALE DE BELGIQUE,

1901

ACADÉMIE ROYALE

DES SCIENCES, DES LETTRES ET DES BEAUX-ARTS DE BELGIQUE.

COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE.

MM. Stanislas Bormans, Président.
Godefroid Kurth, Secrétaire et Trésorier.
Léopold Devillers.
Gilliodts-Van Severen.
Léon Vanderkindere.
Napoléon de Pauw.
Henri Pirenne.
Alfred Cauchie, Membre suppléant.
dom Ursmer Berlière, Id.
Edmond Reusens. Id.

AVIS.

Tous les livres et brochures destinés à la Commission doivent lui être envoyés par l'intermédiaire de M. le Secrétaire perpétuel de l'Académie.

Toute réclamation relative à l'envoi des Bulletins ou des Chroniques doit lui être faite par le même intermédiaire.

CHARTES DE L'ABBAYE

DE

SAINT-MARTIN DE TOURNAI

COMMISSION ROYALE D'HISTOIRE

CHARTES DE L'ABBAYE

DE

SAINT-MARTIN DE TOURNAI

RECUEILLIES & PUBLIÉES

PAR

Armand d'HERBOMEZ

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES DE PARIS, ARCHIVISTE-PALÉOGRAPHE

TOME SECOND



BRUXELLES

LIBRAIRIE KIESSLING ET Cie, P. IMBREGHTS, SUCCESSEUR

Montagne de la Cour, 54.

HAYEZ, IMPRIMEUR DE L'ACADÉMIE ROYALE DE BELGIQUE

1901



Bruxelles. — HAYEZ, imprimeur de l'Académie royale de Belgique, 112, rue de Louvain.

CHARTES DE L'ABBAYE

DE

SAINT-MARTIN DE TOURNAI

562.

Le pape Innocent IV déclare que l'abbaye de Saint-Martin ne pourra plus à l'avenir être contrainte, par ordre pontifical, de pourvoir à la nourriture ou au vêtement de qui que ce soit.

Lyon, 3 janvier 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Decet et expedit ut gravati super provisione quamplurium per sedem apostolicam, que tamquam pia mater illorum preces plerumque non potest indurata facie pertransire, per eam interdum optatum relevationis solatium assequantur. Cum igitur, sicut petitio vestra nobis exhibita continebat, monasterium vestrum super quamplurium provisionibus de mandato apostolico sit gravatum, nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad provisionem aliquorum de cetero compelli non possitis inviti, per litteras a sede apostolica vel legatis ejus

optentas, que de indulgentia hujusmodi expressam non fecerint mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis autem. etc.

Dat. Lugduni, III° nonas januarii. pontificatus nostri anno tercio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original bullé sur lacs de soie rouge et jaune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, pp. 410 et 415.

563.

Le châtelain de Tournai donne à l'abbaye de Saint-Martin, pour réparer les torts qu'il a pu lui faire, un alleu près d'Evregnies, dans la paroisse de Saint-Léger.

Tournai, mercredi 31 janvier 1246.

Actum in cenobio Sancti Martini predicti, anno Verbi incarnati M°. CC°. XL°. quinto, mense januario, feria quarta ante Purificationem beate Virginis . . . . .

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 120, p. 172; *Ibidem*, Cartulaire 121, p. 222 [1].

564.

Gossuin de Merbes, chevalier, donne à l'abbaye de Saint-Martin toute sa part d'un terrage au Ploich, près de Merbes-le-Château.

Vendredi 9 février 1246.

Ego Gossuinus de Merbiis, miles, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego, pro remedio anime mee, et etiam nomine restitu-

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 82.

tionis, et pro remedio antecessorum meorum, contuli ecclesie Beati Martini Tornacensis integre, totam partem quam ego possidebam in terragio terre site prope le Ploich, juxta Merbes Castelli, quam terram tenet et possidet Petrus Tricos de ecclesia Beati Martini supradicta, que et habet residuum terragii supradicti.

Datum feria vi^a post Purificationem beate Virginis, anno Domini M°. CC°. XL°. quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 46; original scellé en cire verte, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 216.

565.

L'abbé de Saint-Martin publie les conditions d'un échange de biens, fait entre son monastère et le curé et les paroissiens d'Evregnies.

Mars 1246.

A tous ceaus ki ces lettres veront et oront, Raous, par le gracie de Dieu abbés de Saint Martin de Tornai, et tous li couvens de ce mesmes liu, salus et amistés.

Nos vos faisons asavoir ke escanges fu fais par no assens, et par l'assens del priestre et des parrochiiens de le vile de Evregnies, del tierage, et de le rente, et de le segnerie ke li glise de Evregnies avoit sour demi mès de tiere ke Estases Jakes tenoit, et sour demi mès ke Willaumes li Fèvres et Willaumes des Kesnes tenoient, et sour le quarte part d'un mès ke sires Willars tenoit, et le tierage, et le segnerie, et le rente d'un bonnier de tiere ke Gilles Codace et Willaumes Cokeaus tenoient, et le tierage, le rente, et le segnerie de demi bonier de tiere ke Willaumes dou Moulin tenoit, et de II rasières d'avaine ke li église de Evregnies avoit à Raulenghien, et III havos d'avaine de rente sour III quartiers de tiere, ki gisent devant l'Atrie, ke dame Mainsens des Tombes devoit, et I rasière d'avaine de rente ke Willaumes Froidure devoit sour V cens de tiere ki gisent d'encosté se

maison, et v s. d'Artisiens ke Willaumes Cokeaus devoit sor i quartier de tiere ki gist au Ham, et iii d. Lonisiens de cens ke Baudris de Mauroit devoit sour demi bonier de pret ki gist à Ecout, et ii d. Lonisiens de cens ke Sohiers de Wès devoit sour cent et demi de pret, ki gist encosté se maison, et i d. Lonisien de cens ke Gilles Codace et dame Mainsens des Tombes devoient sour i quartier de pret ki gist à l'Escluse, et ii d. Lonisiens ke Jehans Codace doit d'un quartier de pret ki gist à Ecout, et le disme de demi mès de tiere ki gist en le parroche de Evregnies, au liu k'on apiele au Louvi, et le disme de vii quartiers de tiere ki gisent devant le maison Willaume Froidure, et le disme de v quartiers de tiere ki gisent entre le maison segneur Willart et le voie dou moustier; pour vi boniers et demi et ix verghes et demie de tiere ke nos donames à le glise de Evregnies por toutes ces coses. De lequele tiere uns boniers xviii verghes mains gist par delà l'Esperellon, et par deçà l'Esperellon iii quartiers et xx verghes, à Sureaus bonier et demi et lxii verghes et demie, là ù li grange de le glise siet demi bonier et ix verghes, as Haies ii boniers et demi et xvi verghes. Et ces vi boniers de tiere et demi et ix verghes et demie, et toute l'autre tiere et le bosc et le pret ke li glise de Evregnies avoit à celui jor, ele le prist de nos et de no glise parmi v s. de Lonisiens de cens k'ele doit rendre à no glise cescun an au Noel. Et toutes ces coses li devommes nos warandir si comme sires. Et s'il avenoit cose ke li glise de Evregnies faisoit ostes, u donoit à rente perpétuel ces tieres ki devant sunt nomées, li rente et li relief li demorroient, et li signerie et li justice nous demorroit. Toutes ces coses ki devant sunt dites furent faites par loi et par le jugement des frans eskievins, si comme monsegneur Sohier, et monsegneur Willaume de Evregnies, cevaliers. Et por çou ke ce soit ferme cose et estavle, si en est fais cyrografes en trois parties, delquel li eskievin de Evregnies ont le première partie, et nos avons le moïenne partie, et li preudomme ki wardent le catel de le glise de Evregnies devant ditte ont le daraine partie saielée de nos saiaus.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation mil CC. et XLV, el mois de marc.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 27; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 275, copie du XIV[e] siècle; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 472; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 638.

566.

Simon, archidiacre de Tournai, déclare que Hugo de Marège a vendu à l'abbaye de Saint-Martin une rente annuelle de quarante sous de Flandre, assise sur des biens qu'il possédait à Esplechin.

Mars 1216.

Universis presentes litteras visuris, Simon, archidiaconus Tornacensis. salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Hugo dictus de Marege, in nostra presentia tamquam in jure propter hoc constitutus, recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Martini Tornacensis annuum redditum quadraginta solidorum Flandrensium, quolibet anno hereditarie solvendorum, in Natali Domini, pro quadam summa pecunie de qua ipse Hugo recognovit sibi ad plenum esse satisfactum; de quibus habendis quolibet anno hereditarie in Natali Domini, ut superius dictum est, dictus Hugo ipsi ecclesie fecit assignamentum de viginti sol. ad unum mansum suum, situm in parrochia d'Esplecin, de decem solidis ad dimidium bonarium terre sue in dicta parrochia, site ad locum qui dicitur en l'Enclos, et de residuis decem solidis Flandrensium ad dimidium bonarium prati sui in dicta parrochia jacentis ad locum similiter qui dicitur al Thieral; promittens idem Hugo, fide et sacramento corporaliter prestitis, quod contra hujusmodi venditionem de cetero, per se vel per alium, non veniet nec venire procurabit, nec ipsam ecclesiam in aliquo premissorum molestabit, seu molestari procurabit in futurum; sed eandem venditionem ab ipso factam erga quoscunque garandizabit. Et concessit, si in aliquo premissorum contrairet, quod absit! quod nos ipsum Hugonem ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus. Dicta autem venditio facta fuit coram Johanne de Marege, clerico, Johanne de Lesanes, Almourico et Nicholao Piscat[ore], per quos judicatur allodium terre predicte per legem patrie in qua dicta terra sita est, sicut tam dictus Hugo quam dicti quatuor

judicatores plenius coram nobis recognoverunt. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense martio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 163.

567.

L'official de Tournai déclare que Willermus li Escapés a donné à l'abbaye de Saint-Martin les deux maisons de pierre qu'il possédait à Tournai, sur l'Escaut, en la Poissonnerie.

Vendredi 9 mars 1246.

Universis presentes litteras visuris, . . officialis Tornacensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Willermus li Escapes, in nostra presentia et in jure constitutus, recognovit se bene et legitime ecclesie Beati Martini Tornacensis contulisse in elemosinam, ad opus elemosine ejusdem ecclesie, duas domos lapideas jumellas, quas habebat in Tornaco, in Piscen[eria], supra Scaldam, que tenentur ad annuum redditum octo lib. Parisiensium, et v[. . . . . . . d]enariorum Laudunensium annui census; promittens idem Willermus, fide et sacramento corporaliter prestitis, quod contra hujusmodi collationem decetero non veniet, nec per se nec per alium venire procurabit, nec ipsam ecclesiam in aliquo premissorum molestabit seu molestari procurabit in futurum, sed eandem collationem erga quoscunque garandizabit. Preterea Johannes li Escapes, Willermus, Petrus, fratres, ejusdem Willermi nepotes, et Johannes de Camb[a . . . . . .], coram nobis [. . . . . collationem] predictam a dicto W[illermo], ut dictum est, legitime factam, benigne et spontanee aprobaverunt et lauda-

[1] Cet original actuellement ne peut plus servir.

verunt. Juraverunt etiam coram nobis dicti quatuor .... decetero contra predicta per se vel per alium se non venturos, et quod omnia premissa facta a dicto Willermo inviolabiliter observabunt, nec se collationi predicte opponent, quominus dicta ecclesia gaudere possit sua elemosina pacifice et quiete. Et hoc mediante, promiserunt dicti quatuor omnia debita ipsius Willermi omnibus creditoribus se, sine aliqua dilatione, soluturos, et concesserunt tam Willermus quam dicti quatuor, si in aliquo premissorum contrairent, quod absit! quod nos ipsos ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis usi sumus.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. quinto. feria sexta post Reminiscere.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé en cire brune, sur simple queue de parchemin.

568.

Le seigneur de Nevele donne à l'abbaye de Saint-Martin tous les droits qu'il a sur trois quartiers de terre à Raulenghen, dans la paroisse de Saint-Léger.

1246.

Ego Michael, dominus de Nivella, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, in pura elemosina contuli ecclesie Beati Martini Tornacensis quicquid dominii vel juris habeo vel habere potero, quocunque modo, in tribus quartariis terre jacentis apud Raulenghen, quorum loca hec sunt : unum quartarium jacet ubi Willelmus de Raulenghen manet; duo residua quartaria jacent in duobus frustis inter domum Gossuini filii Willoke et Revelart. In cujus rei memoriam presentes litteras predicte Beati Martini ecclesie contuli, sigilli mei munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 306.

569.

Simon, archidiacre de Tournai, constate le don de deux bonniers de terre à Saint-Léger, fait à l'abbaye de Saint-Martin par Godescaldus de Mauroit et sa femme Maria.

Lundi 25 juin 1246.

Universis presentes litteras visuris, Symon, archidiaconus Tornacensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in jure coram nobis propter hoc constituti Godescaldus de Mauroit et Maria, ejus uxor, sani et incolumes inter vivos, in elemosinam contulerunt, pro suarum animarum remedio, ecclesie Beati Martini Tornacensis, duo bonaria terre sue jacentis in parrochia Sancti Leodegarii, in locis que dicuntur as Mares et apud Raulenghien; promittentes fide et juramento interpositis, quod contra dictam ecclesiam non venient, nec per se vel per alium dictam elemosinam aliquatenus molestabunt, vel impedient quominus dicta ecclesia sua elemosina pacifice possit gaudere. Promisit etiam dicta Maria, fide et juramento interpositis, quod neque ratione dotis vel assignamenti, de cetero in dicta terra aliquid juris reclamabit, dicens quod vi nec metu inducta, sed pure et liberaliter, et voluntate spontanea dicte elemosine consentiebat, et eam elemosinam faciebat. In cujus rei testimonium et firmitatem, presentes litteras ad instantiam dictorum Godescaldi et Marie, ejus uxoris, sigillo nostro fecimus roborari.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, in crastino beati Johannis Baptiste.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 244.

570.

Robert de Maulde, chevalier, et sa femme Isabelle, vendent à l'abbaye de Saint-Martin le jardin qu'ils possèdent à Maulde, devant l'église.

Jeudi 5 juillet 1246.

Nos Robiers de Maude, chevaliers. et Ysabeaus sa feme, faisons asavoir à tous cials ki cest escrit veront et oront, ke nos avons vendut bien et loiaument à le glise Saint Martin de Tornai le gardin ke nos aviens à Maude, devant le moustier, et teniens à rente de quatre capons et VIII d. Flamens de le glise devantdite et del prestre de Maude; et avons renonciet une fié, et autre, et tierce, à tout le droit ke nos aviens el gardin devantdit. Et s'avons fianciet et juret ke jamais à nul jor encontre cest vendage n'irons, ne querrons art ne engien par nos ne par autrui par quoi li glise devantdite soit agrevée ne adamagié. Et se par l'oquoison de nos avoit li glise nul damage, ne faisoit despens par l'oquoison de cest vendage, nos devons à le glise rendre tel damaige et tel despens, au plain dit del certain message de le glise devantdite. Et s'avons encovent ke nos ferons nos enfans loer cest vendage quant il aront aage, se li glise le requiert. Et fu cis gardins werpis par loi, et ces convenances faites pardevant les ostes ke li glise Saint Martin devantdite et li prestres de Maude ont à Maude : Watier de l'Ausnoit, Gillion de le Pire, sen filastre. Evrart del Carnoit. Jehan dou Croket, Thomas Herenc, Rogiers del Carnoit, Bauduin del Quarone. Hawit et Juliane del Quarone, et Ysabiel de Waubiertmasure, ki oste sunt, et devant autres gens assés. Et por ce ke ce soit ferme cose et estavle, jou Robiers ai par l'otroi de ma feme ces letres saielées de mon saiel, et livrées à le glise devantdite.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M.CC. et XLVI, le juesdi apriés le feste saint Piere et saint Pol.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 99; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 111.

571.

Le chevalier Robert de Maulde, et sa femme Isabelle, se deshéritent en faveur de l'abbaye de Saint-Martin du jardin qu'ils lui ont vendu à Maulde, et s'obligent à lui en assurer la jouissance paisible.

6 juillet 1246.

Nos Robiers de Malde, cevaliers, et Ysabeaus me feme, faisons asavoir à tous cials ki cest escrit veront et oront, ke nos teniemes de le glise de Saint Martin de Tornai et del prestre de Malde, une pièce de terre ki gisoit à Maude, devant le moustier, à rente de IIII capons et VIII d. de Flamens par an, et en cele terre si avoit I gardin ; et cele terre et cius gardins si mouvoit del doware de le glise de Malde, de lequele glise Sains Martins de Tornai est persone; et entirement cele terre et le gardin devant dit, par l'assens del prestre de Maude, save sa partie de le rente devantdite, nos l'avons vendut bien et loiaument, et tout çou ki i apent, selonc le loi et l'usaige del païs, à le glise de Saint Martin de Tornai, de cui ces coses muevent, XII lb. d'Artisiens dont nos avons eu paiement boen et loial. Et por çou ke li glise devantdite ne puist estre molestée ne adamagié en avant de cest marchiet, par l'oquoison de nos, ne de nos oirs, et se par l'oquoison de nos avoit li glise nul damage, ne faisoit despens par l'oquoison de cest vendage, nos devons à le glise tel damage et tel despens au plain dit del ciertain mesaige de le glise devantdite rendre. Nos avons renonciet à tout le droit ke nos aviens et avoir poriens en le terre et el gardin devant nomet, une fié et autre et tierce, devant les hostes ke li glise Saint Martin devant dite et li prestres de Maude ont à Maude : Watier de l'Aunoit, Gillion de le Piere, son fillastre, Evrart del Carnoit, Jehan del Croket, Thumas Herenc, Rogier del Cainoit, Bauduin del Quarone, Hawit et Juliane del Quarone et Ysabiel de Waubiertmasure, ki oste sunt, et devant autres gens assés, ki tout tiesmongnièrent et disent par jugement, quant nos euins reportet ces coses devant dites en le main dant Gillion de Gaurain, ki adont estoit aumosniers de Saint Martin, à oes le glise Saint Martin, ke nos aviemes tant fait selonc le loi del païs ke nos ne no oir n'i aviens mais nul droit, et ke nos et no oir estiemes

bien desiretet, et li glise Saint Martin bien et loiaument aïretée selonc le loi del païs. Et por çou ke li glise soit plus aseurée, et fermement puist tenir ces coses et en pais, nos, jou et me feme, avons fianciet et juret en sains ke jamais, ne par nos ne par autrui ne querrons art ne engien par quoi li glise Saint Martin puist estre molestée en avant de ceste convenance. Et devant tous les ostes reconneut Ysabeaus, me feme, de se propre volentet sans nule prière de moi ne de autrui, et sans force, ke ele s'asentoit à cest marchiet, car se jou et ele ne faisiens cest marchiet, il nos convenist faire plus grant mecief del nostre. Et si eumes encovent ke nos feriemes nos enfans loer et otriier cest vendage, quant il venroient à age, se li glise le requeroet. Et sor tout çou nos avons aloiet nos et nos oiers à porter loial warandise le glise envers tous hommes, de ces convenences fermement et loiaument tenir à tous jors, si ke eles sunt devisées. Et en le ramenbrance de ces coses, nos avons fait ces letres escrire, se les avons donées à le glise Saint Martin saielées de no saiel.

Et ce fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. et CC. et XLVI, as witaves de saint Piere et de saint Pol.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 87; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 82.

572.

L'official de Tournai declare qu'Arnoul Roche et son fils Gilles ont donné à l'abbaye de Saint-Martin, sous réserve d'usufruit leur vie durant, une maison et des terres à Dottignies.

Dimanche 23 septembre 1246.

Omnibus presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia et in jure propter hoc constituti, Arnulphus dictus Roche, et Egidius, ejus filius, contulerunt inter vivos compotes sui in puram elemosinam, pro remedio anime sue et

antecessorum suorum, monasterio Beati Martini Tornacensis, domum suam sitam in parrochia de Dotegnies, sicut sedet ante et retro, unam masuram et sex bonarios terre et dimidium arabilis, site etiam in parrochia predicta, in locis qui sic vulgariter vocantur : Kevaucamp et Belde; que omnia tenebant de heredibus quondam domini Danielis de Dotegnies, militis, et de ecclesia Beati Martini supradicti; et omne jus quod habent in eisdem, tali conditione quod quamdiu ipse Arnulphus et Egidius, filius ejus, vixerint, usufructum percipient in eisdem. Post decessum vero predictorum, bona predicta ad dictum monasterium pacifice revertentur. Dictus vero Egidius, filius dicti Arnulphi, concessit liberaliter et benigne, quod si contingat ipsum aliquod beneficium ecclesiasticum adipisci, vel intrare religionem, tam cito predicta bona, prout superius dictum est, ad sepefatum monasterium quita et libera permanebunt. Insuper, predicti Arnulphus et Egidius, ejus filius, fide et juramento interpositis. concesserunt quod de cetero bona antedicta non alienabunt seu alii obligabunt, nec dictum monasterium per se seu per alium molestabunt super predictis, nec molestari procurabunt, sed omnia supradicta, prout superius expressum est, firmiter observabunt. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. sexto, dominica post festum beati Mathei apostoli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 120, p. 161; *Ibidem,* Cartulaire 121, p. 240; *Ibidem,* Cartulaire 124, fol. 16r.

573.

Le pape Innocent IV ratifie l'accord passé au mois de janvier 1226, entre l'abbaye de Saint-Martin et le châtelain de Tournai.

Lyon, 8 octobre 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim inter vos, ex parte una, et quondam Evrardum dictum Radoul, castellanum Tornacensem, ex altera, super quibusdam juribus et conditionibus que idem castellanus, ratione castellanie Tornacensis, se debere habere dicebat in vestro monasterio et curtibus ejus, ac rebus aliis, orta materia questionis, tandem mediantibus venerabilibus fratribus nostris Belvacensi, Attrebatensi et Tornacensi episcopis, ac dilecto filio M[ichaele] de Harnes, milite, amicabilis inter partes compositio intervenit, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, quam apostolico petiistis munimine roborari. Nos igitur vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est et sponte ab utraque parte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Dat. Lugduni, viii° idus octobris, pontificatus nostri anno iiii°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 411.

574.

Le pape Innocent IV ratifie l'accord passé au mois de mars 1240, entre l'abbaye de Saint-Martin et le châtelain de Tournai.

Lyon, 8 octobre 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolico

convenit presidio communiri. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod olim inter vos, ex parte una, et nobilem virum Arnulphum, dominum de Mauritania, castellanum Tornacensem, ex altera, super quibusdam juribus que idem nobilis, ratione castellanie Tornacensis, se debere habere dicebat in allodiis vestri monasterii, et tenentibus ea, et rebus aliis, orta materia questionis, tandem mediantibus bonis viris, amicabilis inter partes compositio intervenit, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, quam apostolico petiistis munimine roborari. Nos igitur vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est et sponte ab utraque parte recepta, et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Lugduni, VIII idus octobris, pontificatus nostri anno IIII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 409.

575.

Le pape Innocent IV approuve l'abandon fait en faveur de l'abbaye de Saint-Martin par le comte Thomas et les comtesses Jeanne et Marguerite de Flandre, de tous leurs droits sur la ferme de l'abbaye à Tenre.

Lyon, 8 octobre 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut porrecta nobis vestra petitio continebat, nobilis vir Th[omas], olim comes, et quondam J[ohanna], comitissa Flandrie ac

Haynonie, nobilis mulieris M[argarete], nunc comitisse Flandrie, accedente consensu, quicquid juris et proprietatis habebant vel habere poterant, ratione possessionis aut consuetudinis rationabilis et approbate in curte monasterii vestri que Tenre vulgariter nuncupatur, necnon et quasdam alias seculares exactiones vobis et ipsi monasterio, pro animarum suarum remedio, pia et provida deliberatione duxerint remittendas, prout in eorum litteris inde confectis dicitur plenius contineri; nos vestris supplicationibus inclinati, remissionem hujusmodi, sicut pie ac provide facta est, et in alicujus prejudicium non redundat, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Dat. Lugduni, VIII° idus octobris, pontificatus nostri anno IIII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 412.

576.

L'official de Tournai notifie les conditions d'un accord intervenu entre l'abbaye de Saint-Martin et Michel, chapelain du seigneur de la Wæstine, pour le partage d'une portion de dîme à Aeltre.

Lundi 5 novembre 1246.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum controversia verteretur coram nobis inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ex una parte, et Michaelem, capellanum domini de Wastina, ex altera, super duabus garbis decime novalium circiter XII bonariorum terre jacentis in parrochia de Haltra, et diu fuisset litigatum inter dictas partes; tandem partes in hoc convenerunt et consenserunt, quod ecclesia Beati Martini Tornacensis in perpetuum perciperet et haberet dictarum duarum

garbarum duodecim bonariorum unam garbam; dictus vero capellanus, e sui pro tempore successores, aliam perciperent et haberent, ita tamen quod in dictis duodecim bonariis terre dictam unam garbam tantum percipiet. Et si plus sit terre quam duodecim bonariorum, in eo quod erit ultra sive supra, nichil habebit dictus capellanus, nec poterit reclamare ipse, nec sui pro tempore successores, sed totum dicta ecclesia in dicto residuo duodecim bonariorum percipiet et habebit in futurum. Et mediante dicta una garba dictarum duarum garbarum quitavit dictus capellanus totum jus quod habebat vel habere poterat in decima novalium parrochie de Haltra. Et hec compositio facta fuit coram nobis, reverendo patre W[altero], Dei gratia episcopo Tornacensi, loci dyocesano, suum prebente assensum et auctoritatem, et dictam ordinationem confirmante.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, feria IIa post festum Omnium sanctorum.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 288; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 7a, copie du XIIIe siècle.

577.

Le pape Innocent IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à recevoir et à garder les biens meubles et immeubles, les fiefs exceptés, que ses moines auraient acquis par succession ou autrement, s'ils n'avaient pas encore fait profession religieuse.

Lyon, 20 novembre 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feuda-

libus, que personas fratrum ad monasterium vestrum e seculo fugientium, et professionem facientium in eodem, si remansissent in seculo, ratione successionis vel quocunque alio justo titulo, contigissent petere, percipere ac retinere libere valeatis. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Lugduni, XII kalendas decembris, pontificatus nostri anno IIII°.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original bullé sur lacs de soie jaune et rouge [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 407.

578.

Le pape Innocent IV fait bénéficier l'abbaye de Saint-Martin de la défense qu'il a faite d'excommunier en une fois toute une communauté.

Lyon, 20 novembre 1246.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper prohibuerimus ne in universitatem vel collegium excommunicationis sententia proferatur, volentes animarum vitare periculum quod exinde sequi posset, cum nonnunquam contingeret innoxios etiam hujusmodi sententia irretiri, sed in illos dumtaxat de collegio vel universitate quos culpabiles esse constiterit promulgetur, nos vestris supplicationibus inclinati, prohibitionem hujusmodi circa universitatem vestram, auctoritate presentium decernimus observandam. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Dat. Lugduni, XII° kalendas decembris, pontificatus nostri anno IIII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 414.

[1] Il est actuellement impossible d'utiliser cet original.

579.

L'official de Tournai déclare que le curé de Zarren à légué à l'abbaye de Saint-Martin, à charge de célébrer tous les ans l'anniversaire de son décès, une rente annuelle de vingt sous de Flandre, gagée sur le manse qu'il possédait à Zarren.

Jeudi 29 novembre 1246.

Omnibus presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra presentia et in jure propter subnotata constitutus Theodericus, presbiter de Zarrem, contulit ecclesie Beati Martini Tornacensis viginti solidos Flandrensium annui redditus, ab ipsa ecclesia percipiendos post obitum ipsius presbiteri in elemosinam, libere et absolute, pro remedio anime süe, et pro anniversario suo in ipsa ecclesia celebrando. De quibus viginti sol. annuatim habendis in Pascha Domini, idem presbiter ipsi ecclesie assignamentum fecit ad fundum mansi sui siti in parrochia de Zarren, qui continet dimidium bonarium terre, cum suis appendiciis; volens et concedens quod dictus redditus ipsi ecclesie annuatim termino predicto persolvatur ab ipsius successore, vel dictum assignamentum teneat et possideat dicta ecclesia pacifice, quousque dictus redditus ipsi fuerit persolutus; obligans ejus heredes, quantum in se est, ad ipsius redditus solutionem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. sexto, in vigilia beati Andree.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 307.

580.

Le pape Innocent IV dispense l'abbaye de Saint-Martin de payer les droits exigés par les séculiers sur le blé, le vin, la laine, les bois, les pierres, etc., lorsque ces matières sont destinées à l'usage de l'abbaye.

Lyon, 30 novembre 1246.

Innocentius. episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Solet annuere sedes apostolica piis votis. et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ut de blado, vino. lana, lignis, lapidibus, et aliis que aliquociens pro vestris utilitatibus emere vos contigerit, nulli pedagia, wionagia, roagia que pro hiis a secularibus exiguntur, solvere teneamini, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Lugduni, II° kalendas decembris, pontificatus nostri anno IIII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 422.

581.

Le seigneur d'Antoing approuve un échange de bois à Veson, fait entre l'abbaye de Saint-Martin et Evrard Sansterre.

Janvier 1247.

Hugo, dominus de Anthonio, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem.

Universitati vestre notum facimus, quod venerabile domino R[adulpho],

Dei permissione abbate ecclesie Beati Martini Tornacensis, ex una parte, et Evrardo cognomento Sansterre, in presentia mea, ex altera, ob hoc constitutis, predictus Evrardus, homo meus, coram me et hominibus meis : Waltero videlicet de Holaing et Olivero de Genech, militibus, Waltero Malet et Henrico de Guignies, paribus ejusdem Evrardi, proposuit se tenere in feodum quoddam nemus situm apud Veson, et immediate jacens ibidem juxta nemus Sancti Martini Tornacensis, petens a me propter commodum suum et utilitatem suam magnam, ut dicebat, licere sibi de consensu meo dare in excambium duo bonaria et xx virgas dicti nemoris ecclesie Beati Martini predicte, accipienda in dicto nemore suo ab ecclesia, secundum rectam quadraturam longitudinis et latitudinis nemoris predicte ecclesie ibidem jacentis, et habenda imperpetuum, pro duobus bonariis et xx virgis nemoris dicte ecclesie jacentis ibidem, in parte altera nemoris versus mansum dicti Evrardi, quod dicitur Warnierfosse, ad faciendum vivarium et aquam, ita quod, sicut nemus quod ab ecclesia accipiebat, de me teneret in feodum sicut nemus predictum tenuerat quod conferre ecclesie disponebat.

Super hoc autem habito consilio, requisivi ab hominibus meis predictis, et paribus ejusdem Evrardi, ut bona fide mihi dicerent si hoc quod dictus Evrardus facere disponebat, de jure facere poterat, ita quod ecclesia super hoc illesa et indempnis imperpetuum super hoc remaneret, si dictum excambium faceret, ut petebat predictus Evrardus. Dicti autem homines mei, habito consilio communiter dixerunt quod ex quo dictus Evrardus tantum nemoris percipiebat ab ecclesia supradicta, quantum conferebat sine aliquo additamento pecunie vel rei alterius, secundum legem patrie, bene facere poterat, et bene debebam in hoc, tanquam dominus, propter utilitatem partium consentire. Hiis ita peractis, de consensu meo predictus Evrardus predicta duo bonaria et xx virgas nemoris, ut predictum est, que de me tenebat in feodum, in manus meas, coram predictis hominibus meis, suis paribus, ad opus predicte ecclesie Beati Martini, libere reportavit, libere imperpetuum possidenda. Similiter venerabilis dominus predictus R[adulphus], abbas predicte ecclesie Beati Martini, nemus ecclesie quod dictus Evrardus petebat sibi dare in excambium, videlicet duo bonaria et xx virgas jacentia ubi predictum est, ad opus predicti Evrardi in manus meas reportavit; concedens ut dictus Evrardus de me predictum

nemus teneat in feodum sicut tenuerat nemus quod ecclesie remanebat. Rite autem omnibus peractis, ego isti excambio assensum meum attribui, et per manum meam, nemus ecclesie quod dare disponebat dicto Evrardo in excambium, ipsi Evrardo contuli de me in feodum possidendum; et similiter nemus quod idem E[vrardus] intendebat dare predicte ecclesie in excambium, ut predictum est, in manus predicti R[adulphi] abbatis reportavi, ab ecclesia in perpetuum libere possidendum, sicut aliud nemus suum ibidem solebat hactenus possidere. Ut autem quod per me et in mea presentia gestum est partibus predictis stabile et firmum imperpetuum permaneat, litteris feci commendari, quas predicte ecclesie contuli sigilli mei munimine roboratas, et ecclesia predicta litteras secundum formam litterarum istarum mihi contulit, sigillorum suorum munimine roboratas. Ad majorem autem firmitatem Michael, miles, primogenitus meus, ad preces partium, omnibus supradictis suum attribuit assensum, et mecum presentes litteras sui sigilli munimine roboravit.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, mense januario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 32; original scellé sur lacs de soie rouge, de deux sceaux en cire verte [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 32.

582.

Jean, chevalier, seigneur d'Esplechin, approuve moyennant un cens annuel stipulé à son profit, les ventes de terres à Esplechin, faites à l'abbaye de Saint-Martin par Gilles de Roupi et Baudouin de Bovri, ses hommes de fief.

Janvier 1247.

Ego Johannes, miles, dominus de Esplechin, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod Egidius de Roupi, homo meus feodalis, de assensu uxoris sue Marie, vendidit ecclesie Beati Martini Tornacensis,

[1] L'état de délabrement de cet original le rend maintenant à peu près inutile.

bene et legitime, quinque quartaria terre sue jacentis inter curtem que dicitur Castrechin et templum de Esplechin, juxta terras Beati Martini, quam idem Egidius de me tenebat in feodo, bonarium pro viginti duabus libris Flandrensis monete, et residuum quartarium ad valorem precii predicti. Notum etiam facio quod Balduinus de Bovri, homo meus feodalis, similiter de assensu uxoris sue Ide, vendidit predicte ecclesie Beati Martini. bene et legitime, dimidium quartarium terre sue, ad valorem precii quo predictus Egidius terram suam predictam vendidit, jacentis in loco predicto, juxta terras Beati Martini; ita quod quoddam cornu terre predicte ecclesie ibi jacens, predictus Balduinus accepit in excambium a predicta ecclesia, ita quod de terra sua cum dimidio quartario predicto, ecclesie predicte vendito, tantum terre sue eidem ecclesie contulit quantum in excambium accepit. Et hec omnia facta sunt in presentia hominum meorum, parium predictorum Egidii et Balduini, videlicet : Johanne dicto Monsnier, milite, de Ghuegnies, Alardo de Pesc. Predicti autem Egidius et Balduinus, coram me et Johanne, primogenito filio meo, qui omnibus predictis suum assensum attribuit, et etiam predictis hominibus, paribus suis, fide et sacramento tam ab ipsis quam a predictis uxoribus suis interpositis, plenius confessi sunt, tam ipsi quam uxores predicte, quod pro neccessitate sua dictam venditionem facere sunt compulsi; quam si non facerent, ipsis pejus facere oportebat. Et hoc idem homines mei predicti, pares sui, cognoscebant et sic esse plenius testabantur. Dicti vero Egidius et Balduinus terras predictas ad opus dicte ecclesie Beati Martini Tornacensis, in manu mea et Johannis, filii mei predicti, reportaverunt, et quicquid juris in predictis terris haberent legitime renuntiaverunt; et facta renuntiatione, ter requisiti utrum aliquid juris in predictis terris haberent, ter sibi illas coram me et hominibus meis, paribus suis, abjudicaverunt; promittentes, fide et sacramento interpositis, se nullam artem vel ingenium, per se vel per alium, quesituros unde dicta ecclesia Beati Martini Tornacensis in posterum de predictis terris aliquatenus possit vel debeat molestari. Et sciendum quod in venditione quam faciebat Egidius, Balduinus predictus erat cum paribus predictis quasi par, et judicabat cum paribus predictis, et similiter in venditione quam faciebat idem Balduinus, predictus Egidius tamquam par erat, et cum ipsis pariter judicabat.

Hiis ita peractis, homines mei, pares predictorum Egidii et Balduini,

secundum legem patrie a me requisiti utrum predicti Egidius et Balduinus prefatas terras legitime werpivissent, ita quod ipsas legitime conferre possem ecclesie predicte Beati Martini Tornacensis, habito consilio dixerunt per judicium quod sic, et easdem terras prefatis Egidio et Balduino et ipsorum heredibus in perpetuum predicti homines mei, pares ipsorum, abjudicaverunt. Huic enim facto spontanee consenserunt uxores predictorum, Maria et Ida, promittentes firmiter, fide et sacramento interpositis, se nichil juris in dictis terris amplius clamaturos. Rite igitur omnibus peractis, ego et Johannes, filius meus, predictas terras domno Roberto, monacho predicte ecclesie, ab abbate suo specialiter ad hoc misso, ad opus ecclesie sue, coram predictis paribus ipsorum, hominibus meis, in manu sua reportavimus libere, ab omni exactione et servicio feodali et consuetudine perpetuo libere possidendas. Verumtamen, ut dicta ecclesia securior possit esse in posterum de predictis terris, consilium habuit quod terras illas quas emerat et quas liberas feceram, a me censualiter tenendas acciperet, videlicet quinque quartaria que emerat ab Egidio sub censu duorum denariorum Laudunensis monete, et terram quam emerat a Balduino sub censu unius denarii predicte monete, annuatim in festo beati Remigii persolvendi; ita tamen quod si forte idem census solutus non fuerit, vel per nos respectatus non fuerit, ecclesia non ad aliam propter hoc tenebitur emendam, quam nobis pro defectu illius termini duplex census solvetur, et idem census nobis cum illo censu quem nobis debet ecclesia persolvetur. Et jam idem census ab ecclesia mihi et filio meo predicto est persolutus coram scabinis de Esplecin, videlicet : Egidio le Bercuier, Philippo del Trisson, Godefrido, Johanne Bosciel, Egidio de Pratis, Bernardo et Nicholao Biket. Et ne dicta ecclesia super predictis imposterum possit molestari, ego ad preces predictorum Egidii et Balduini, et uxorum ipsorum Marie et Ide, adversus eandem ecclesiam me obligo quod predictas terras contra omnes teneor ipsi ecclesie imperpetuum garandire. In cujus rei memoriam, presentes litteras eidem ecclesie contuli, sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense januario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 195.

583.

L'official de Noyon constate la vente d'une terre et d'un bois entre Montigny et Cambronne, faite au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par les frères Lekerie et leurs femmes.

Février 1247.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p 251 [1].

584.

Le seigneur de la Wœstine approuve la vente d'une dîme à Pietacker, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Willelmus Senescaldus, qui la tenait de lui en fief.

Février 1247.

Universis presentes litteras inspecturis, Philippus, dominus de Wastina, miles, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Willelmus Senescaldus vendidit ecclesie Beati Martini Tornacensis quandam decimam quam a me tenebat in feodum, jacentem in loco qui vocatur Pietacker, valentem annuatim octo sol. Flandrensium, parum plus vel minus; de qua decima, coram me et paribus meis et hominibus, werpitionem et effestucationem fecit, et omne legis implementum adhibuit, sicut debuit, ita quod dicta ecclesia dictam decimam in perpetuum, judicantibus hominibus meis, possidere debeat; unde

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 224.

dictam venditionem dicte decime approbo et per appensionem sigilli mei confirmo. Testes qui interfuerunt, Th...., presbiter de Haltra parrochialis, Michael, capellanus meus, et ex hominibus meis, dominus Willelmus de Eynes, Eustasius de Lederna, milites, Willelmus, filius meus, Willelmus Amman.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 278; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 2*.

585.

L'official de Tournai déclare que Jean de Wasnes, fils du seigneur de Wavrechin, a promis de respecter toutes les ventes ou cessions de biens faites par son père à l'abbaye de Saint-Martin.

Mardi 26 février 1247.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in jure coram nobis constitutus Johannes de Wasnes, filius Johannis de Wasnes, militis, domini de Wavrechin, laudavit et approbavit omnes venditiones et traditiones quas pater ejus, miles predictus, fecit ecclesie Beati Martini Tornacensis: promittens fide et juramento interpositis, quod contra easdem venditiones et traditiones, per se vel per alium, non veniet, nec ipsam ecclesiam occasione alicujus rei ipsi ecclesie a predicto milite vendite et tradite non molestabit, nec ab aliquo molestari procurabit; immo ipsam ecclesiam, quicquid eidem a dicto milite venditum et traditum est, permittet pacifice et quiete possidere; concedens si ipsum J[ohannem] filium contra predicta vel predictorum aliqua venire, vel ipsam ecclesiam occasione premissorum molestare vel facere molestari contingat, quod absit! quod nos ipsum ad desistendum et ad observandum predicta, per excommunica-

tionis sententiam, compellamus, ubicumque commoretur, quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supponens. Insuper idem J[ohannes] filius renuntiavit expresse omni exceptioni ecclesiastice et civili, que sibi prodesse posset contra presentes litteras vel contenta in eisdem, et dicte ecclesie obesse.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, feria tercia post Reminiscere.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 56.

586.

Le prévôt de Saint-Amand en Pèvele renonce à tous les droits qu'il a ou prétend avoir sur cinq bonniers de terre appartenant à l'abbaye de Saint-Martin à Espain.

Mars 1247.

Universis presentes litteras inspecturis, Renerus de Gauchia, vir nobilis, prepositus Sancti Amandi in Pabula, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum contentio verteretur inter nos et ecclesiam Sancti Martini Tornacensis, super eo quod nos in quinque bonariis terre, quatuor arabilis et uno prati, vel circiter, sitis apud Spaing, provenientibus eidem ecclesie ex parte Johannis de Wasnes, militis, in quibus sonegiam petebamus, scilicet a quolibet bonario raseriam avene tercio anno; tandem sano freti consilio, spontanee recognovimus eidem ecclesie nos nullum jus habere vel habuisse in dicta terra ratione sonegie, alterius juris vel exactione cujuscumque. Et si quid juris quoquo modo in dicta terra habueramus, id ecclesie dicte adjudicamus, a nobis [et] successoribus nostris quibuscumque abjudicantes, super his omni juri nobis, successoribusque nostris competenti vel competituro renuntiantes, excepta omni justitia, et supponentes nos jurisdictioni domini nostri, abbatis

Sancti Amandi in Pabula, super antedictis firmiter observandis, ut per saisitionem et detentionem omnium que ab eo sive ab ecclesia Sancti Amandi dinoscimur possidere, nos ad observationem premissorum compellat. In cujus rei testimonium presentes litteras tradidimus ecclesie prenotate, sigillo nostro sigillatas.

Actum sub testimonio competenti, anno Domini M°. CC°. XL°. sexto, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 123.

587.

L'official de Tournai déclare que Jean del Haiwel, et sa femme Maria, ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin le manse qu'ils possèdent à Thimougies.

Mars 1247.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc constituti presentia Johannes del Haiwel et Maria, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse bene et legitime ecclesie Sancti Martini in Tornaco mansum suum situm in parrochia de Timougies, in loco qui dicitur al Haiwel, continens quartarium terre et dimidium vel circiter, pro decem libris et dimidia Flandrensium, de quibus denariis recognoverunt sibi satisfactum esse in pecunia numerata; promittentes dicti Johannes et Maria, fide et juramento interpositis corporali, quod de cetero contra dictam venditionem non venient, nec dictam ecclesiam super ea molestabunt vel molestare procurabunt, per se vel per alium. Quod si, casu contingente, dicta ecclesia dampna vel expensas faceret, occasione dicte venditionis, dicti Johannes

et Maria eas restituerent dicte ecclesie ad simplex verbum abbatis dicte ecclesie, vel nuntii ab eodem abbate ad hoc specialiter destinati; et ad restituendas expensas et dampna, si quas faceret dicta ecclesia occasione dicte venditionis, ut dictum est, fecerunt dicti Johannes et Maria assignamentum dicte ecclesie ad quoddam mansum suum situm in parrochia de Bierclers, in loco qui dicitur al Kesnoit; renuntiantes expresse omni juri quod habebant vel habere poterant in dicto manso de Timougies, et etiam omni juri tam canonico quam civili, et omni privilegio crucis crucesignatis jam indulto vel indulgendo. Et dicti Johannes et Maria fecerunt werpitionem coram nobis de manso predicto sito in parrochia de Timougies. Et ad hec omnia observanda, dicti Johannes et Maria nostre jurisdictioni se supposuerunt, ubicunque ipsos contingat commorari. In cujus rei testimonium, presentes litteras, ad instantiam dictorum Johannis et Marie fecimus sigillo sedis Tornacensis sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VI°, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 88; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 86.

588.

Le prieur de Saint-Corneille de Compiègne, juge délégué par le pape, condamne le chevalier Raoul de Montmartin à payer chaque année au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte une part de la dime d'Eparmont.

Lundi 18 mars 1247.

Datum et actum feria II^a^ post Isti sunt dies, anno Domini M°.CC°.XL°.VI°, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 258 [1].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 225.

589.

L'abbé et le couvent de Saint-Martin demandent au roi de France de les indemniser des dommages qui leur ont été causés par les troupes françaises, en 1213, lors du siège de Tournai par le comte de Flandre, et en 1214, au moment de la bataille de Bouvines.

1247.

Abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis dicunt quod tempore regis Philippi, cum comes Fernandus obsedisset Tornacum, et ipse et ejus exercitus ipsum monasterium effregissent, et bonis omnibus spoliassent, muniliones ipsius regis existentes intra Tornacum, et cives Tornacenses, omnes grangias tunc in ipso monasterio existentes, cum fructibus existentibus in eisdem, circiter festum beati Remigii, mense octobri, combusserunt et penitus destruxerunt; in quo dampnificati fuerunt in ii^{m} lib.

Item dicunt quod in inicio augusti tunc sequentis, quando idem rex Philippus veniebat apud Tornacum contra Othonem, cum suo exercitu, comburendo et devastando veniebat ita ita (*sic*), quod in via sua quasdam villas combussit et devastavit, inter quas tres curtes ipsorum abbatis et conventus combussit miserabiliter et destruxit, et in suo recessu, ipse et ejus exercitus fructus ad dictas curtes spectantes, tunc crescentes in terra et jam paratos ad messem, penitus devastavit; in quo dampnificati fuerunt in mille quingentis lib.

Super quibus omnibus petunt sibi misericorditer subveniri, parati hoc probare.

Paris, Archives nationales, J. 1028, n° 12; extrait d'une enquête originale sur parchemin, faite en 1247.

590.

Jean, seigneur d'Audenarde, approuve la vente de deux parts de dîme à Flobecq, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Arnoul, maire de Flobecq, qui les tenait de lui en fief.

Flobecq, mardi 2 avril 1247.

Ego Johannes, dominus de Aldenarde, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod Arnulfus, major de Flobierc, miles, et homo meus feodalis, in mea presentia constitutus coram hominibus meis, paribus suis, videlicet : Willelmo de Wanebieke, Evrardo dicto Brifaut, militibus, Johanne Clerico, Alardo Coco, Soekino de Molendino, Daniele, fratre ejus, Henrico de Aqua, et Gossuino de Nemore, assensu meo et voluntate vendidit pro sex libris Flandrensium, bene et legitime, ecclesie Beati Martini Tornacensis, duas partes decime in sex bonariis terre paulo plus vel minus, jacentibus in duobus frustis, in personatu dicte ecclesie, scilicet in parrochia de Flobierc; que decima de me tenebat in feodo, et quam decimam dictus major acquisierat ab Arnulpho del Bos, qui prius jure hereditario possederat eandem. Ut autem contractus iste fieret cum debita sollempnitate, predictus Arnulphus, major de Flobierc, coram hominibus meis prefatis, ipsam decimam, in manu mea, ad opus dicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie reportavit. Cumque predicti homines mei a me modo debito submoniti, et sicut moris est habito super hoc inter se consilio, per judicium dixissent quod de dicta decima tantum factum erat quod nec dictus Arnulphus major, nec etiam ipse Arnulphus del Bos, qui eam, ut dictum est, prius tenuerat, in eadem amplius aliquid juris habebant, ego decimam eandem, ab omni onere feodali exoneratam, predicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie, per manum domni Letberti, monachi ejusdem ecclesie, titulo elemosine resignavi, ab eadem ecclesia perpetuo libere possidendam. Quo facto predicti homines mei a me iterum submoniti si dicta ecclesia in ipsam decimam bene posita erat per legem, dixerunt quod ita. Ne quis autem ipsam ecclesiam in posterum super hoc contractu molestare vel inquietare presumat, promitto quod eidem ecclesie ipsam decimam teneor in perpetuum sub pacifica possessione fideliter guarandire. In cujus rei

testimonium et firmitatem, presentes litteras, ad petitionem utriusque partis sepedicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie contuli, sigilli mei munimine roboratas.

Actum apud Flobiere, anno Verbi incarnati M°. CC°. XL°. VII°. feria tertia in Pascha.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 31 ; original scellé en cire brune sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 164.

591.

L'official de Tournai déclare que Gilles de Salemoncamp, justice d'Honnevain, a promis de faire borner avant la Toussaint les cinq bonniers de terre qu'Arnoul des Prés et sa femme ont assignés à l'abbaye de Saint-Martin, en gage d'une rente par eux vendue à ladite abbaye.

Mercredi 10 avril 1247.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in jure coram nobis constitutus Egidius de Salemoncamp, justitia de Honevaing, promisit ecclesie Beati Martini Tornacensis, quod quinque bonaria et unum quartarium terre integre ad quam Arnulphus de Pratis et Maria, ejus uxor, ut dicitur, assignaverunt ecclesiam predictam, de quodam redditu eidem ecclesie vendito a predictis Arnulpho et ejus uxore, faciet circomanare, et ab alia terra separare infra festum Omnium sanctorum proximo venturum ; ita quod dicta ecclesia dicet sibi satisfactum esse de terra predicta ; et si tantum terre non esset, vel si infra predictum terminum dictam terram circomanare non faceret, ipse Egidius reddere teneretur ipsi ecclesie, infra septem dies post dictum festum, centum sol. Flandrensium, quos ex parte dictorum Arnulphi et

[1] Cet original est devenu inutile.

ejus uxoris, ab ipsa ecclesia recognovit se recepisse; et si plus sit ultra terre, dicta ecclesia se tenebit de dicto reddilu sibi, ut dicitur, vendito, ad illud quod erit ultra. Et concessit dictus Egidius quod si predicta non adimpleret, prout superius dicta sunt, et dictos centum solidos non redderet infra terminum predictum, quod nos ipsum vinculo excommunicationis faceremus innodari, quantum ad hoc se nostre juridictioni supponens; assignamentum nichilominus faciens ipsi ecclesie ad omnia bona sua mobilia et immobilia que tenet de ecclesia predicta apud Honevaing, pro dictis centum solidis, si sit necesse, rehabendis. Insuper promisit quod si contingat ipsam ecclesiam aliquas expensas occasione premissorum facere, se ad plenum dictum abbatis ejusdem ecclesie restiturum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis dicte ecclesie ad preces dicti Egidii tradidimus sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VII°, feria quarta post Quasimodo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 150.

592.

Le châtelain de Tournai promet d'observer l'accord intervenu, en janvier 1226, entre son père et les trois abbayes de Saint-Martin, de Saint-Amand-en-Pèvele et de Saint-Nicolas-des-Prés lez-Tournai, et élucide une clause restée obscure de cet accord.

Lundi 29 juillet 1247.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, feria secunda ante [festum] beati Petri ad vincula.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 120, p. 112; *Ibidem*, Cartulaire 121, p. 20 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 85.

593.

L'évêque de Tournai déclare que le châtelain de Tournai a promis aux abbayes de Saint-Amand-en-Pèvele, de Saint-Martin et de Saint-Nicolas-des-Prés lez-Tournai, de ne plus réquisitionner de chevaux dans leurs fermes.

Jeudi 8 août 1247.

Walterus, Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Universitati vestre notum facimus, quod vir nobilis Arnulphus, castellanus Tornacensis, in nostra presentia propter hoc constitutus, recognovit in jure coram nobis quod ipse jumenta et equos monasteriorum Sanctorum Amandi in Pabula, Martini Tornacensis et Nicholai de Pratis, infra septa monasterii Sancti Nicholai prenotati, in curte de Warnavia et in curte de Hertaing, per servientes suos cepit et abduci fecit, contra libertatem ipsorum et contra formam pacis inter dicta monasteria, ex una parte, et bone memorie virum nobilem Everardum Radoul, tunc castellanum Tornacensem, ipsius Arnulphi patrem, ex altera, jamdudum reformatam per reverendos patres Milonem Belvacensem, Poncium Attrebatensem episcopos, et virum nobilem Michaelem de Harnes, militem, sicut in ipsorum litteris sigillis suis roboratis plenius continetur. Quam formam pacis dictus Arnulphus, castellanus Tornacensis, per suas patentes litteras super hoc confectas approbat et confirmat, et recognovit quod jumenta predicta et equos predictos ipse capere non potuit, nec heredes sui poterunt in futurum, et quod abbatibus predictorum monasteriorum, nomine suo et nomine monasteriorum suorum, pro dicto forefacto ad voluntatem ipsorum emendam prestitit congruentem. Recognovit insuper, quod super hoc memoratis abbatibus et eorum ecclesiis suas patentes litteras contulit, in quibus mentio predictorum evidentius continetur, quarum tenor talis est :

« Arnulphus, dominus de Mauritania, etc. » (*Suit le texte de la charte du 29 juillet 1247, indiquée précédemment sous le n° 592, et qui elle-même vidime la charte du 8 janvier 1226, signalée sous le n° 313.*)

Nos vero dictam pacem, secundum quod in predictis litteris dicti Arnulphi castellani, sigillo ejusdem Arnulphi sigillatis, vidimus plenius contineri, et idem Arnulphus coram nobis in jure propter hoc constitutus, eam factam esse recognovit, sicut superius est expressum, ad instantiam ipsius Arnulphi et dictorum abbatum approbamus, et auctoritate pontificali dictis ecclesiis eam in perpetuum confirmamus. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. quadragesimo septimo, feria quinta ante festum beati Laurentii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 120, p. 113, copie du XIV[e] siècle; *Ibidem*, Cartulaire 121, p. 22.

594.

L'official de Tournai déclare qu'Ogine Froidure, d'Evregnies, a donné à l'abbaye de Saint-Martin divers biens à Evregnies, et qu'elle lui a légué tous les biens meubles qu'elle posséderait au moment de sa mort, les vaches et les chevaux exceptés.

Janvier 1248.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Ogina dicta Froidure, de parrochia de Evregnies, coram Lamberto de Pouka, fideli clerico nostro, ad ipsam propter subnotata destinato, constituta, recognovit se contulisse ecclesie Beati Martini Tornacensis, in puram elemosinam, de terra sua propria, quatuor bonaria et unum quartarium, tum in manso, terra arabili, et tum in prato sito in territorio de Evregnies, de qua terra tenetur dimidium bonarium terre arabilis ad terragium de domino Willelmo de Evregnies, milite, et residuum de predicta ecclesia Beati Martini ad terragium et

redditum tenetur. Item recognovit se ipsi ecclesie contulisse in elemosinam unum bonarium terre sue, site retro domum suam, supra vicum, que tenetur de milite predicto; hoc salvo quod dicta Ogina in predicta terra usufructum suum quamdiu vixerit percipiet et habebit. Insuper, concessit dicta Ogina eidem ecclesie Beati Martini Tornacensis omnia mobilia que supra dictam terram erunt tempore sui decessus, exceptis vaccis et equis, volens quod ipsa ecclesia dicta mobilia percipiat et habeat tamquam sua, post obitum Ogine memorate. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VII°, mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 238; *Ibidem,* Cartulaire 129, p. 637, copie de 1686.

595.

Le seigneur de Barbençon donne à l'abbaye de Saint-Martin licence d'acquérir dans les paroisses de Merbes-le-Château et de Solre-sur-Sambre soixante bonniers de terre qui seront exempts de tous droits.

Février 1248.

Nicholaus, dominus de Barbenchon, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem.

Notum vobis facio quod nomine elemosine, pro remedio anime mee, contuli et concessi licentiam ecclesie Beati Martini Tornacensis acquirendi in parrochiis de Merbiis Castelli et de Sorre supra Sambram, ad opus curtis de Merbiis que est curtis dicte ecclesie, LX[a] bonaria terre ad mensuram de Merbiis, et tenendi et habendi dictam terram libere et sine omni servicio in perpetuum; ita quod pro dicta terra mihi vel meis heredibus dicta curtis vel dicta ecclesia de cetero nullum servicium exhibebit. In

cujus rei memoriam et firmitatem, presentes litteras predicte ecclesie contuli, sigilli mei munimine roboratas.

Datum mense februario, anno Domini M°. CC°. XL°. VII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 217.

596.

L'official de Cambrai déclare que Jean de Vinea, dit Puion, a donné à l'abbaye de Saint-Martin deux pièces de terre à Rumillies.

Février 1248.

Universis presentes litteras visuris, officialis Cameracensis salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra presentia et in jure propter subnotata constitutus Johannes de Vinea, dictus Puions, contulit et concessit liberaliter et benigne, in puram elemosinam, ecclesie Beati Martini Tornacensis, unum bonarium et unum quartarium et dimidium terre arabilis, vel circiter, site in duobus frustis, in territorio de Rumignies; quam terram idem Johannes ab Henriardo de Rumignies, Therrico Caffart, et Willelmo Lotdevin emerat et possidebat tempore collationis predicte, ut dicebat; et eandem terram coram nobis idem Johannes eidem ecclesie werpivit et effestucavit in manu domni Petri, tunc temporis reddituarii ecclesie predicte monachi, ab abbate suo propter hoc missi, volens et concedens ut ipsa ecclesia ex nunc et in perpetuum habeat et possideat pacifice et quiete, sine aliqua reclamatione. Et promisit dictus Johannes, fide et juramento interpositis, quod contra dictam collationem non veniet, nec venire ab aliquo procurabit in futurum, nec ipsam ecclesiam, occasione dicte terre, molestabit nec faciet molestari, nec in eadem terra aliquid juris de cetero sibi vendicabit. Concedens si hec faceret, quod nos ipsum ad desistendum per censuram ecclesiasticam compelleremus, et ad observationem predictorum; et nichilominus omnia

bona sua obligavit ecclesie predicte pro predictis omnibus firmiter observandis, quantum ad hec se et sua ubicunque commorentur nostre jurisdictioni supponens. Et renuntiavit omni exceptioni expresse juris et facti, et omni alii rationi que sibi prodesse possent contra presentes litteras vel contenta in eisdem, et dicte ecclesie obesse; et quantum in se est, ad observationem predictorum omnium obligavit suum heredem. In cujus testimonium presentes litteras sigillo sedis Cameracensis fecimus roborari. Actum anno Domini M°. CC°. XL°. septimo, mense februario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 9.

597.

L'official de Tournai déclare que Jean de Vinea, dit Puion, a donné à l'abbaye de Saint-Martin deux pièces de terre à Rumillies.

Lundi 10 février 1248.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. septimo, feria secunda post octabas Purificationis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original scellé en cire verte, sur simple queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 10 [1].

[1] Cette charte est conçue absolument dans les mêmes termes que la précédente; cependant le moine Pierre, receveur des rentes de l'abbaye de Saint-Martin, n'est pas ici désigné nominativement.

598.

Henri de Bourghelles, chevalier, seigneur de Kikenpoist, approuve le don d'une terre à Taintegnies, fait à l'abbaye de Saint-Martin par Olivier de Saint-Martin, de Tournai, qui la tenait de lui à cens; mais il stipule que l'abbaye continuera de lui payer le même cens, fixé à deux deniers de Laon.

Jeudi 12 mars 1248.

Henricus de Bourghiele, miles, dominus de Kikenpoist, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Oliverus de Sancto Martino, civis Tornacensis, tenebat de me ad censum duorum denariorum Laudunensium duas pecias terre, videlicet unum bonarium et dimidium, parum plus vel minus, jacentis ad Tumbas, inter marlariam meam et molendinum de Longasalice; quam terram integre de assensu meo dedit in elemosinam ecclesie Beati Martini Tornacensis, coram Johanne Copin, ballivo meo, quem ad hoc specialiter misi loco mei coram hospitibus meis ad hoc congregatis, videlicet : Alardo de Florain, Matheo de le Petellerie, Ade le Cretinier, Gossuino Grenier, Balduino Flamingo; qui hospites mei per judicium dixerunt predictum Oliverum de terra predicta bene et legitime esse exheredatum, et dictam Beati Martini ecclesiam, per hoc quod dictus Oliverus fecerat de terra predicta, bene et legitime esse heredatam. Et terram dictam dicta ecclesia accepit de me ad censum predictorum duorum denariorum Laudunensium, solvendorum in festo beati Remigii, unoquoque anno; ita quod si dictus census non persolveretur mihi vel meis heredibus, termino predicto, non possem a predicta aliam emendam nisi censum duplicem postulare. Et si dicta ecclesia censum predictum vel censum duplicem, ut predictum est, pro emenda non persolveret infra Nativitatem Domini, post festum sancti Remigii proximo sequens, possem manum ad terram ponere donec census et duplex census mihi ab ecclesia predicta solveretur. In cujus rei memoriam presentes litteras predicte ecclesie contuli, sigilli mei munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. septimo, in die beati Gregorii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 23; original jadis scellé [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 104.

599.

Le seigneur de Busegnies approuve l'échange de sept bonniers de terre et bois à Torelies, fait par le chevalier Egidius de Alneto qui les tenait de lui en fief, contre une égale quantité de terre appartenant en alleu à l'abbaye de Saint-Martin.

1248.

Ego Gerardus, miles, dominus de Busegnies, notum facio universis presentem paginam visuris, quod Egidius de Alneto, miles, homo meus feodalis, assensu meo et voluntate, et etiam Egidii, filii mei primogeniti, in presentia mea et filii mei fecit excambium sive commutationem ecclesie Beati Martini Tornacensis de VII bonariis, uno quartario minus, vel circiter, tam terre quam nemoris, jacentibus ante portam de Torellies in parrochia de Quarta, que de me tenebat in feodum, pro totidem bonariis terre de allodio ipsius ecclesie.

Ut autem excambium istud sive commutatio cum debita sollempnitate celebraretur, dictus Egidius, miles, coram hominibus meis, paribus suis, scilicet Egidio des Cavees, Wautone del Fraisnoit, Renero, Gossuino de Fastresart, militibus, Wauthone des Aunes, Rossiel Espavaus, Waltero de Kierriu, Aloudo, Waltero de le Corbe, et Gerardo Cauwes, predictos VII bonarios tam terre quam nemoris, unum quartarium minus, vel circiter, in manu mea resignavit; promittens fide media in eisdem se nichil juris reclamaturum in futurum. Cumque, ad petitionem meam et filii mei, homines mei antedicti per judicium dixissent quod ipse Egidius tantum

[1] Il est actuellement impossible d'utiliser cet original.

fecerat de premissis terra et nemore, quod in eisdem nichil juris habebat, ego et filius meus predictos VII bonarios terre et nemoris, unum quartarium minus, vel circiter, ab omni servicio et onere feodali liberaliter et penitus exoneratos, in manu domni Petri, elemosinarii ecclesie Sancti Martini predicti, reportavimus ad opus ecclesie supradicte, ab eadem ecclesia perpetuo possidenda.

Hiis peractis domnus Petrus, tunc elemosinarius ecclesie predicte, habens super hoc speciale mandatum per litteras abbatis patentes, alios VII bonarios, unum quartarium minus, vel circiter, de allodio ipsius ecclesie, sub testimonio predictorum hominum, in manu mea resignavit ad opus Egidii, militis predicti. Ego vero et filius meus predictus eosdem in manu Egidii, predicti militis, coram dictis hominibus, paribus suis, in augmentum feodi sui resignavi, ab ipso Egidio, sicut alia VII bonaria, unum quartarium minus, primo tenebat feodaliter, a me perpetuo possidenda.

Huic autem excambio sive commutationi Marota, uxor Egidii militis, spontaneum prebuit assensum, renuncians expresse omni juri quod ei in primis VII bonariis, uno quartario minus, competere poterat vel competebat, ex causa dotalicii vel quacumque alia ratione; recognoscens etiam super alia septem bonaria, uno quartario minus, vel circiter, se esse sufficienter assignatam. Et hoc idem predicti homines per judicium asserebant. Promiserunt itaque tam ipsa Marota quam dictus Egidius, ejus maritus fide prestita corporali, quod nunquam querent artem vel ingenium, per se vel per alium, per que predicta Sancti Martini ecclesia super hoc excambio vel commutatione dampnificetur in aliquo sive molestetur. Hiis demum sollempniter adimpletis, predicti homines mei per judicium dixerunt quod utraque pars, secundum legem plenariam bene et sufficienter hereditabatur. Preterea hec omnia acta fuerunt prout supradicta sunt, presentibus hominibus domini de Avenniis, scilicet : Willelmo Tonniel, Egidio Skivart, Hugone des Aunes, Thoma de Leaucort, Johanne de Molembais, militibus, Gerardo del Carnoit, Soikino de Durmes, Egidio Froisart, Colardo de Baili, Willelmo de Rovroit et Bruket, qui etiam dixerunt quod secundum legem plenariam utraque pars hereditabatur bene et sufficienter. Insuper ego Gerardus et Egidius, filius meus predictus, omne excambium sive commutationem que ad invicem inter se fecerunt dicti ecclesia et Egidius de

Alneto, miles predictus, usque nunc approbamus et laudamus, sicut in litteris meis confectis super predicto excambio sive commutatione plenius continetur. In cujus rei memoriam, presentes litteras ut robur obtineant firmitatis, ad preces dicti Egidii et ejus uxoris, predicte ecclesie sigillo meo tradidi roboratas.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 95; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 101.

600.

Accord fait en présence des échevins de la Cité de Tournai, entre l'abbaye de Saint-Martin et les teinturiers habitant sur l'écluse du moulin du Fossé à Tournai, pour l'entretien de cette écluse.

Juin 1248.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhesu Crist M°. et CC. et XLVIII, el mois de ghieskerec.

Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de la Cité; original en forme de charte-partie [1].

601.

Renaud de Auneel approuve la cession faite au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par le chevalier Pierre Sarrazin de Murencort, des terres qu'il tenait à cens de lui à Caumont.

Juillet 1248.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 279 [2].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Étude sur le dialecte du Tournaisis au XIIIe siècle*, par A. d'Herbomez, p. 38.

[2] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 228.

602.

L'official de Noyon constate la cession au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par le chevalier Pierre Sarrazin de Murencort, des terres qu'il tenait à cens de Renaud de Auneel à Caumont.

Juillet 1248.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 280 [1].

603.

L'official de Tournai constate le don de divers immeubles à Evregnies et Saint-Léger, fait à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Sigerus d'Evregnies, à charge par l'abbaye de commémorer tous les ans l'anniversaire du décès du donateur, de ses parents, et du châtelain de Tournai Radoul.

Juillet 1248.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod Sygerus de Evregnies, miles, coram Lamberto de Pouka, clerico, notario curie Tornacensis, ad ipsum a nobis propter subnotata specialiter destinato, constitutus, contulit et concessit ecclesie Beati Martini Tornacensis liberaliter et benigne, in puram elemosinam, et in restaurationem ejus, si quid ab ipsa ecclesia prave extorserat, necnon pro anniversario ipsius, parentum suorum, et Radonis. quondam

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 228.

castellani Tornacensis, in ecclesia Beati Martini predicta quolibet anno faciendo, tres quartarios prati siti in loco qui dicitur a Hees; item dimidium bonarium prati siti in pratis del Spiera; item tria bonaria terre que fuerant ecclesie predicte, et que in excambium alterius terre habuerat ab ecclesia predicta, site in una pecia inter parrochias Sancti Leodegarii et de Evregnies; item dimidium bonarium terre site ante domum Aelidis Durepiel; item quinque quartaria terre site inter domum Sygeri des Prees et domum Willelmi Froidure; item terragium et dominium que habebat in dimidio bonario de terra Willelmi Cokiel. Et si quid plus fuerit in peciis predictis, illud contulit ecclesie predicte ob causas predictas, post decessum suum ab ecclesia predicta hereditarie possidendum, si mori contingat ipsum de infirmitate qua laborat ad presens. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus roborari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 242.

604.

L'évêque de Cambrai ratifie la vente de cinq quartiers de bois à Rumillies, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Bernard de Lis et sa femme Mathilde.

Août 1248.

G[uido], Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter subnotata constituti presentia Bernardus de Lis et Matildis, ejus uxor, recognoverunt coram nobis se bene et legitime vendidisse, et vendiderunt ecclesie Beati Martini Tornacensis quinque quartaria quadraginta virgas et dimidiam nemoris ad virgam de Kayn, que habebant in parrochia Sancti Brictii Tornacensis, juncta inmediate nemori ecclesie predicte in territorio de Rumegnies,

precio xxx[a] duarum librarum, octo sol. et septem denariorum Flandrensium. Et dictum nemus venditum dicte ecclesie werpiverunt ad opus ipsius ecclesie domno Petro, ejusdem ecclesie monacho, et in manus ipsius per festucam reportarunt, totum jus quod habebant in eodem per dictam festucam eidem ecclesie resignando; recognoscentes coram nobis de dicto precio sibi plenarie fuisse satisfactum; promittentes dictum nemus venditum in perpetuum garandizare prout jus dictaret, et asserentes dictum nemus nemini et in nullo esse obnoxium, sed liberum ab omni onere et jugo servitutis, et ab omni exactione; promittentes fide et sacramento corporaliter prestitis ab eisdem dictum nemus liberare. Promiserunt etiam tam vir quam uxor, quod contra dictam venditionem de cetero nullatenus venient in futurum, nec facient quominus dicta ecclesia dictum nemus pacifice possit possidere et habere, se et suos successores ad premissum contractum observandum obligando. Item promiserunt tam vir quam uxor, quod heredes suos hujusmodi contractum ratificare facient, postquam ad legitimam pervenerint etatem, infra mensem postquam fuerint requisiti ex parte ecclesie supradicte; et hoc sub pena quadraginta librarum Flandrensium, ad quam solvendam ecclesie predicte, rato nichilominus remanente contractu si committatur, se et suos obligarunt successores. Et recognovit dicta mulier dictum contractum ad sui utilitatem factum fuisse, et renuntiavit exceptioni dotis et omni juris auxilio quod sibi posset competere contra dictum contractum, fide et sacramento interpositis promittens se de cetero unquam contraventuram. Tam vir quam uxor dictum contractum approbantes, a nobis ipsum confirmari postulantes, omni exceptioni supradicte, et etiam exceptioni non solute non numerate pecunie, et omni alii renuntiando, nobis supplicarunt quod predictum contractum approbaremus Et nos, ad petitionem ipsorum dictum contractum approbantes, presentem litteram conscribi et sigilli nostri impressione fecimus assignari.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense augusto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 16.

605.

L'official de Noyon constate qu'Aelidis, veuve de Raoul de Cumont, a renoncé à tous les droits qu'elle pouvait avoir sur les deux mesures de terre, à Machemont, que son mari avait vendues au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte.

Janvier 1249.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 250 [1].

606.

L'official de Noyon constate la vente d'un bois à Montigny, faite au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par Guillaume Tornator, de Tiercort.

Janvier 1249.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 269 [2].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 226.
[2] Cette charte est publiée dans Gordière, *loc. cit.*, p. 227.

607.

L'évêque de Laon déclare s'être entendu avec l'abbaye de Saint-Martin, pour la collation alternative d'une chapellenie dans la paroisse de Wiège-Faty.

Février 1249.

Garnerus, Dei gratia Laudunensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari.

Noveritis quod cum discordia esset inter nos, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ex altera, super jure et possessione conferendi quandam capellaniam que est in parrochia de Viege et de Fasti, tandem de bonorum virorum consilio, super dicta discordia talis inter nos compositio intercessit, quod nos, quocienscumque dictam capellaniam vacare contigerit, ipsam de cetero alternatim conferemus; et quia nos dictam capellaniam ultimo contulimus, quam cito ipsam vacare continget, collatio ipsius spectabit ad abbatem et conventum supradictos. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro contulimus roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 320.

608.

L'official de Tournai constate la vente d'une redevance en avoine assise sur un manse à Rumillies, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Sigerus Porcarius, sa femme et son fils.

Lundi 22 février 1249.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia et in jure, propter subnotata, constituti Sigerus Porcarius, Elizabeth, ejus uxor, et Jacobus, eorum filius, recognoverunt se vendidisse ecclesie Beati Martini Tornacensis unam raseriam avene annui redditus sui quem habebant apud Rumegnies, super mansum Wasseline, relicte Petri de Fonte, pro quadam summa pecunie de qua sibi satisfactum esse recognoverunt. Promittentes fide et juramento interpositis, et sub pena sexaginta sol. Flandrensium ipsi ecclesie solvendorum, quod dictum redditum eidem ecclesie imperpetuum garandizabunt contra quoscumque, et eandem raseriam avene annui redditus permittent in futurum dictam ecclesiam possidere et habere pacifice et quiete, tanquam suum annuum redditum, nec contra dictam venditionem venient, nec per se nec per alium venire procurabunt. Preterea renuntiaverunt expresse omni exceptioni que sibi prodesse posset contra presentes litteras vel contenta in eisdem: et specialiter dicta mulier renuntiavit omni rationi et exceptioni que sibi competunt vel competere poterunt ratione dotis vel assignamenti, in predicto redditu; recognoscens sub juramento suo se esse de dote sufficienter restitutam. Et concesserunt predicti S[igerus], ejus uxor, et filii eorum, se posse a nobis excommunicari pro pena predicta, si ipsos contra predictam venditionem venire contingat, ubicumque commorentur, quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supponentes; et quantum in se est, ad predicta observanda suum obligarunt heredem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. octavo, in die beati Petri ad cathedram.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 13.

609.

L'official de Tournai déclare que le chevalier Gilles de Thimougies, du consentement de sa femme et de son fils, a vendu à l'abbaye de Saint-Martin tous ses droits de terrage, de justice et autres, sur une pièce de terre appartenant à ladite abbaye à Thimougies.

Tournai, jeudi 25 mars 1249.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod in presentia Philippi, clerici fidelis curie Tornacensis, ad hoc a nobis specialiter destinati, Egidius de Timougies vendidit bene et legitime, et werpivit ecclesie Beati Martini Tornacensis terragium, justicias altam et bassam, et quicquid ratione terragii seu justiciarum, vel quacumque alia ratione habebat et habere debebat in quadam pecia terre arabilis ipsius ecclesie, v quartaria parum plus vel minus continentis, in parrochia de Timogies, in loco qui dicitur a le Costerie, inter utrumque pirium quoad duo latera, et quoad alias partes inter alias terras ipsius ecclesie, jacentis, pro quadam summa pecunie de qua recognovit sibi fuisse plenarie satisfactum; quas justicias, terragium, et si qua alia habuit in dicta pecia terre, recognovit se habuisse et tenuisse in feodum a Radulfo de Ogimont, in cujus manus dictus miles quicquid habebat et habere debebat in dicta pecia terre reportavit in presentia hominum dicti Radulphi, parium dicti militis; videlicet : domini Roberti de Malda, militis, Egidii de Angi, Reneri de Koves, Sigeri de Senomiret, et Terrici de Lay, qui habebant de dicto feodo judicare.

Facta igitur trina reportatione a dicto Egidio, milite, de predicto feodo in manus dicti Radulphi, in signum sue et suorum successorum quoad hoc exheredationis, quitavit dictus Egidius, miles, et quitum clamavit quicquid juris habebat et habere poterat, sive ratione terragii, sive justiciarum; sive quacumque alia ratione, in pecia terre antedicte ecclesie prenotate; promittens sub fide et juramento ab ipso corporaliter prestitis, quod contra dictas

venditionem, werpitionem et quitationem, per se vel per alium non veniret in futurum, et quod nec artem vel ingenium quereret per quas dicta ecclesia super premissis aliquod dampnum incurreret vel detrimentum; asserens quod pro pejore contractu, et sibi difficiliori contractu evitando, dictum iniit contractum. Dicti vero homines dicti Radulphi, super hoc a dicto Radulpho requisiti, videlicet si dictus Egidius, miles, satis fecit per legem ad hoc ut ipsa ecclesia posset investiri et heredari dictis justiciis, terragio et aliis, si qua ipse Egidius, miles, in ipsa pecia terre habebat, et se suosque heredes exheredari, responderunt habito inter se consilio et tractatu, quod idem Egidius, miles, fecit per legem satis ad se suosque heredes quantum ad hoc exheredandos, et prefatam ecclesiam heredandam; ipsum terragium, justicias, et quicquid habuit dictus Egidius, miles, in dicta pecia terre, ipsi Egidio, militi, ejusque successoribus, tamquam judicatores dicti terragii, justiciarum, et aliorum que habet sepedictus miles Egidius in dicta pecia terre abjudicantes, et ecclesie prenotate judicantes.

Et hiis dictis et factis, Radulphus predictus prebens suum consensum et laudamentum venditioni, werpitioni, quitationi et reportationi, a dicto Egidio, milite, factis, ipsum feodum quitando ab omni servicio et onere feodali resignavit in manus fratris Petri, elemosinarii monachi ecclesie predicte, ad opus ipsius ecclesie perpetuo et hereditarie tenendum et possidendum, pro uno Laudunensi ab ipsa ecclesia dicto Radulpho singulis annis nomine census solvendo; hoc salvo quod si plus continetur in dicta pecia terre quam unum bonarium, plus solvatur ipsi Radulpho ab ecclesia predicta, nomine census, secundum estimationem tamen unius Laudunensis pro annuo censu de bonario; et prout dicebatur ibidem idem Radulphus, mediante censu predicto, dictam peciam terre prescripte ecclesie debet erga omnes garandizare.

Margareta vero, uxor dicti Egidii, militis, et Johannes, filius suus primogenitus, premissis suum consensum et laudamentum prebuerunt expressum; promittentes sub fide et juramentis ab ipsis coram dicto Philippo, clerico, interpositis, quod contra dictas venditionem, werpitionem, quitationem, reportationem, et alia prescripta, a predicto Egidio, milite, facta et dicta, per se non venient, nec per alium venire procurabunt in posterum; et resignavit, quitavit et werpivit dicta uxor ecclesie prenotate, ac renun-

tiavit omni juri et rationi, si quod habebat vel habere poterat in dicto feodo, sive ratione dotis sive assignamenti vel usufructus, seu quacumque alia ratione; et hoc sub fide et juramento ab ipsa jam prestitis. Et renuntiavit dictus Johannes beneficio restitutionis in integrum ratione minoris etatis, et omni alii juri in favorem minorum introducto. Concesserunt insuper predicti Egidius, miles, Margareta, uxor sua et Johannes, filius suus, si contra premissa vel aliquod premissorum per se vel per alium venirent, et ea, prout superius scripta sunt, non observarent, se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari ubicunque ipsos contingat commorari, quantum ad hec se nostre jurisdictioni supponentes. In quarum omnium testimonium et memoriam, presentes litteras, ad petitionem partium fecimus sigillo sedis Tornacensis sigillari et tradi ecclesie predicte.

Actum coram personis prescriptis, Egidio de Quarta, milite, Johanne de Housset, Egidio de Angi, hominibus comitis Blesensis, Gontero de Quarta, milite, et aliis multis, anno Domini M°. CC°. XL°. VIII°, feria v^{a} ante Ramos palmarum, in claustro ecclesie Beate Marie Tornacensis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 97; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 106.

610.

Le seigneur de Pétrieu approuve, en sa qualité de seigneur supérieur, la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Gilles de Thimougies, de tous ses droits, de terrage et autres, sur une terre appartenant à ladite abbaye à Thimougies.

Samedi 3 avril 1249.

Ego Johannes, dominus de Pestriu, notum facio omnibus presens scriptum visuris, quod dominus Egidius de Timougies, miles, homo feodalis Radulphi de Ogimont, vendidit ecclesie Beati Martini Tornacensis, bene et legitime, de assensu et voluntate predicti Radulphi, domini feodi antedicti,

et etiam assensu et voluntate uxoris dicti domini Egidii, militis, et Johannis, eorum filii primogeniti, terragium quinque quartariorum terre arabilis, vel circiter, jacentis in loco qui dicitur a le Couturiele, inter utrumque pirium quoad duo latera, et quoad alias partes inter alias terras ipsius ecclesie, et quicquid juris in eisdem habebat vel habere poterat ex quacumque causa, presentibus hominibus Radulfi predicti, scilicet : Roberto de Malda, milite, Egidio de Angi, Renero dicto Covet, Sigero de Sesnoruet et Terrico de Lai; a quo Radulfo dictum terragium tenebatur in feodum. Qui Radulphus terram feodalem fecit censualem, et ad censum posuit, scilicet unius denarii Laudunensis, et per hoc quitam tradidit et reportavit in manu domni Petri, tunc temporis elemosinarii ad hoc specialiter destinati, ad opus ecclesie supradicte, ab omni exactione, servicio, jure feodali, vel alio quocumque jure, libere in perpetuum possidendam. Ego autem, dominus superior feodi antedicti, ad petitionem dictorum Egidii, militis, uxoris ejus, Margarete nomine, et eorum filii Johannis primogeniti, predictam venditionem, coram hominibus meis, scilicet : Thoma de Landimont, Terrico de Bellofossato, Hugone d'Eskelmes, Petro de Malda, prout superius est expressum, laudo et approbo, et plegium et hostagium erga dictam ecclesiam me constituo quod in perpetuum contra omnes premissa omnia garandizabo. Et ut ecclesia Sancti Martini antedicta certior sit et securior de contractu antedicto, presentes litteras eidem tradidi, sigilli mei munimine roboratas.

Datum et sigillatum in vigilia Pasche, anno Domini M°. CC°. XL°. IX°, mense aprili [1].

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 89; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 88.

[1] Cette date est extrêmement importante, puisqu'elle prouve, si notre charte a été rédigée, comme nous le croyons, au monastère de Saint-Martin, qu'à Tournai l'année ne commençait pas le jour de Pâques, mais le Vendredi saint. Il n'y a point de doute, en effet, que la charte soit de 1249, puisqu'en 1250 ce n'est pas en avril, mais le 27 mars, qu'on célébra la fête de Pâques.

611.

Jean d'Avesnes, fils de Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, et sa femme Alice, confirment les privilèges accordés par les comtes et comtesses de Flandre à l'abbaye de Saint-Martin pour sa ferme de Tenre, et promettent de ne rien prendre dans cette ferme, à moins qu'ils n'y soient contraints par les nécessités de la guerre ou de la défense du château d'Ath.

Mai 1249.

Johannes de Avesniis, filius illustris domine Margarete, Flandrie et Haynonie comitisse, et Aelidis, ejus uxor, soror regis Alemannie, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noveritis quod nos, pro salute nostra et predecessorum nostrorum, quitationes illas, exemptiones et remissiones. videlicet gistarum, corveiarum, procurationum, concessionum, accommodationum hominum, equorum, curruum, bigarum, necnon et omnium specierum angariarum et perangariarum, et omnium aliorum serviciorum, quas remissiones Thomas, vir nobilis, quondam comes Flandrie et Haynonie, et illustris domina Johanna, pie recordationis ejus uxor, de assensu et voluntate karissime matris nostre Margarete, Flandrie et Haynonie illustris comitisse, fecerunt ecclesie Beati Martini Tornacensis quantum ad curtem de Tenre, cum omnibus appendiciis suis, sicut in litteris eorumdem super hoc confectis plenius continetur, laudamus, approbamus et confirmamus, omni juris auxilio quod nobis ad presens vel in futurum contra presentem cartam competere potest vel poterit, pro nobis et successoribus nostris renunciantes, nisi pro communi guerra patrie, vel evidentissima necessitate insultus castelli de Ath solummodo, nos in dicta curte, sicut in aliis religionibus similiter exemptis, aliqua sumere oporteret Promittentes bona fide quod nos contra predicta de cetero non veniemus, nec per nos nec per alium dictam ecclesiam molestabimus nec molestari permittemus, sed garandizabimus contra omnes, nos et successores nostros ad omnia premissa fideliter et firmiter observanda in perpetuum obligantes In cujus

rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras supradicte Beati Martini Tornacensis ecclesie contulimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. nono, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 169; *Ibidem*, Cartulaire 123, p. 81.

612.

Jean, dit seigneur d'Audenarde, ratifie la vente de dîmes à Wevelghem et Gulleghem, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le seigneur Baudouin d'Iseghem et sa femme Agnès, qui les tenaient de lui en fief.

Lundi 3 mai 1249.

Ego Johannes, dictus dominus de Aldenarda, notum facio universis presentes litteras visuris, quod vir nobilis dominus Balduinus de Ysenghem, miles, et ejus uxor Agnes, ex parte cujus decima pervenit, homines mei feodales, in presentia David de Noc[er], ballivi mei, habentis super hoc a me mandatum speciale per litteras meas patentes, assensu meo et voluntate, totam decimam quam in parrochiis de Wevlenghem, et de Guedelenghem a me tenebant in feodum, vendiderunt bene et legitime ecclesie Beati Martini Tornacensis, ad cujus personatum et patronatum spectant parrochie predicte, pro quinquaginta et quatuor lib. Flandrensis monete, cum omni integritate qua ipsam decimam possidebant. Ut autem ista venditio cum debita fieret sollempnitate, dicti Balduinus, et ejus uxor per advocatum, in presentia predicti ballivi mei, David nomine, constituti, coram hominibus meis, paribus ipsorum Balduini et ejus uxoris, sufficientibus ad hoc, decimam predictam in manu predicti ballivi mei ad opus ecclesie Sancti Martini predicte reportaverunt et werpiverunt; promittentes fide media et sacramento, quod artem vel ingenium non querent per se vel per alium, per que prefata ecclesia Sancti Martini super prefata decima molestetur in

aliquo seu gravetur. Cumque homines mei predicti, submoniti a ballivo meo prenominato, et conjurati more debito, per judicium dixissent quod dictis Balduino et ejus uxori, seu eorum heredibus, nichil juris in dicta decima amplius competebat, ipsam decimam eisdem Balduino, ejus uxori, et eorum heredibus abjudicantes in perpetuum, idem ballivus meus prescriptus predictam decimam eidem ecclesie Beati Martini, per manum domni Egidii, tunc prepositi ecclesie predicte, resignavit quitam et liberam ab omni onere et servicio feodali, et ab omni jure si quod mihi quacumque ratione competebat in eadem. Ego autem Johannes, miles predictus, ratum et firmum habens quicquid per ipsum, et coram ipso et meis hominibus actum est, a predictis meis hominibus, et Balduino et ejus uxore, circa venditionem et werpitionem decime supradicte, secundum quod superius est declaratum, me promitto ipsi ecclesie, tanquam dominus, ipsam decimam garandizaturum fideliter, sub pacifica possessione. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentes litteras tradidi ecclesie Beati Martini Tornacensis, ad instantiam et petitionem dictorum Balduini et ejus uxoris, sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini M°. CC°. XL°. IX°, feria II^a post dominicam qua cantatur Cantate.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire verte [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 301.

613.

L'official de Noyon constate la vente d'une terre et d'un bois à Montigny, faite par Nicolas de Montigny au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte.

Septembre 1249.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. IX°, mense septembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 263 [2].

[1] Il nous a été impossible d'utiliser cet original.

[2] Cette charte est publiée dans GORDIÈRE, *Le prieuré de Saint-Amand,* p. 229.

614.

L'official de Tournai constate le don fait à l'abbaye de Saint-Martin par Ermena, veuve de Baudouin le Vakier, d'une maison de pierre sise à Tournai, dans la rue de France.

Janvier 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod Ermena, relicta Balduini le Vakier, coram Lamberto de Pouka, notario curie Tornacensis, ad ipsam a nobis propter subnotata constituta, recognovit se contulisse ecclesie Beati Martini Tornacensis, et contulit iterum quandam domum suam lapideam quam habebat sitam in vico Francie, cum suis appendiciis, in puram elemosinam, ab ipsa ecclesia extunc hereditarie possidendam, sub redditu et censu in quibus tenetur domus predicta; et promisit dicta Ermena quod contra dictam elemosinam de cetero non veniet, nec ipsam elemosinam revocabit in futurum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis, ad preces dicte Ermene, dicte ecclesie Beati Martini Tornacensis tradidimus roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. IX°, mense januario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 68; original jadis scellé [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 64.

[1] Il nous a été impossible de nous servir de cet original, tellement délabré maintenant qu'on ne saurait même dire comment il était autrefois scellé.

615.

L'official de Tournai déclare que Lambert Lampat, héritier de Willelmus Usurarius, a abandonné à l'abbaye de Saint-Martin les trois bonniers de terre à Evregnies, Saint-Léger et Dottignies, que ledit Willelmus avait légués à ladite abbaye.

Vendredi 21 janvier 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum ecclesia Beati Martini coram nobis in jure peteret a Lamberto dicto Lampat tres bonarios tam terre arabilis quam prati. quorum quedam pars jacet in parrochia de Evregnies, alia in parrochia Sancti Leodegarii, et alia in parrochia de Dotegnies; quos bonarios dicta ecclesia dicebat sibi fuisse legatos in elemosinam a Willelmo dicto Usurario, cujus Willelmi, sicut dicebatur, dictus Lambertus heres erat pro medietate, idem Lambertus in jure coram nobis comparens, recognovit dictum Willelmum dictos bonarios legasse ipsi ecclesie, secundum quod superius est expressum. Recognovit etiam se esse heredem dicti Willelmi pro medietate, et libere quitavit dicte ecclesie medietatem bonariorum predictorum; volens et concedens ut dicta ecclesia dictam medietatem dictorum bonariorum, prout eidem legata est, percipiat et habeat, et in posterum tamquam suam possideat pacifice et quiete; promittens fide et juramento interpositis, quod contra premissa in futurum, per se aut per alium, non veniet, nec dicte elemosine in aliquo se opponet, sed eam, prout a dicto Willelmo fuit facta, inviolabiliter observabit. Promisit etiam sub dictis fide et juramento, quod dictam elemosinam et dictam quitationem faciet a suis liberis libere approbari, et premissa omnia ab eisdem faciet fide et juramento observari. In cujus rei testimonium presentes litteras dicte ecclesie, ad instantiam dicti Lamberti, tradidimus sigilli sedis Tornacensis munimine roborari.

Datum anno Domini M°. ducentesimo quadragesimo nono, feria sexta ante Conversionem sancti Pauli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 239.

616.

Le seigneur d'Honnecourt donne à l'abbaye de Saint-Martin une rente annuelle de quarante sous Parisis, à charge de célébrer chaque année l'anniversaire de son décès par un obit solennel.

Février 1250.

Jou Watiers, sires de Honecourt, fac savoir à tous ceus qui ces lettres verront, que j'ay donné pour Dieu et en aumosne, et pour l'arme de mi et de me femme Beatris, au couvent de l'églize Saint Martin en Tornai, xl s. de Paresis en iretaige cascun an, à païer au jour de le Nativité saint Jehan Baptiste à Honecourt; lesquels xl s. dessusdis paierai jou cascun an tant com jou viverai au couvent dessusdit; et aprés men dechiés mes hoirs ki ert sires de Honecourt ces xl s. rendera à tous jours au couvent de l'église dessusditte, cascun an au jour de le Nativité saint Jehan Baptiste dessusdit. Et ai yces xl s. dessusdis assenés à mon wienage de Honecourt et de Villers le Gillain, cascun an à prendre et à rendre au jour dessusdit. Et se c'estoit coze que jou u mes oirs fuissiemes en défaute de ceste aumosne rendre et paiier, si comme elle est devisée et au jour dessusdit, et li couvens devantdis i faisoit despens pour requerre ceste aumosne, jou, tant com jou viveray, leur renderoie raisnavle despens, et mes oirs après mi. Et jou Watiers faic encore asavoir ke pour ces xl s. ke je lor ai doné pour Dieu et en aumosne, m'ont reciut ès biensfais de leur maison, tout autressy comme moine de le maison, et doivent faire men obit cascun an à tous jours sollenneument, en ycel jour que je trespasserai de cest siècle. Et de ces xl s. ke je leur ai donné, doit avoir li couvens pitance cascun an, le jour de men obit. Et pour çou ke ceste aumosne soit ferme et estavle à tous jours, et ke li glise en soit seure, jou Watiers, sires de Honecourt, ai seelées ces lettres de men seel.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Signeur M. et CC. et XLIX. el mois de février.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 259; en vidimus dans une charte de l'official de Cambrai datée de 1349.

617.

L'évêque de Cambrai approuve la donation de quarante sous Parisis de rente annuelle, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le seigneur d'Honnecourt.

Mars 1250.

Nicholaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos donationem xl^a solidorum Parisiensium hereditarie, quam vir nobilis Walterus, dominus de Honnecourt, ecclesie Beati Martini Tornacensis fecit, prout in litteris ejusdem nobilis, presentibus hiis annexis, continetur, ad preces ejusdem laudamus, approbamus, et auctoritate pontificali confirmamus. In cujus rei testimonium litteras nostras dicte ecclesie tradidimus, sigillo nostro roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. XL°. nono, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 261; en vidimus dans une charte de l'official de Cambrai datée de 1349.

[1] Il est à peu près impossible maintenant d'utiliser cet original, dont toute la première partie surtout est délabrée.

618.

La dame de la Wœstine déclare avoir reçu de l'abbaye de Saint-Martin la dîme d'Aeltre aux mêmes conditions de cens que le seigneur Philippe de la Wœstine, son père, l'avait tenue de son vivant, c'est-à-dire moyennant le payement à l'abbaye d'un cens annuel de dix marcs de Flandre.

1250.

Universis presentes litteras visuris, ego Aelidis, domina de Wastina, filia quondam viri nobilis Philippi, militis, domini de Wastina, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod totam decimam de Haltra, sitam in personatu ecclesie Beati Martini Tornacensis, quam predecessor pater meus Philippus predictus possidebat, ipsam tenebat ab ecclesia Beati Martini Tornacensis predicta sub annuo censu decem marcharum, triginta et tres solidorum et quatuor denariorum Flandrensium pro marcha, eidem ecclesie solvendarum singulis annis in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste. Et ego post obitum ejus, tanquam heres, eandem decimam ab eadem ecclesia recepi, sub eodem censu solvendo ipsi ecclesie, secundum modum et formam de quibus in litteris officialis Tornacensis, concessis a patre meo predicto eidem ecclesie, super hiis mentio plenius habetur; et ad solutionem dicti census faciendam dicte ecclesie sub modo et forma predictis, me et meos obligavi successores. In cujus rei memoriam, presentes litteras, ut contenta in eisdem robur obtineant firmitatis, sigillo meo prefate ecclesie tradidi sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 280; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 3v.

619.

L'official de Tournai déclare qu'Élisabeth, sœur du chevalier Sigerus d'Evregnies, d'accord avec Gilles des Kennes, son mari, a ratifié le don fait jadis à l'abbaye de Saint-Martin par ledit Sigerus, de six bonniers de terre et d'un terrage à Evregnies.

Avril 1250.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum Sygerus de Evregnies, miles, quondam contulisset in elemosinam, sicut dicebatur, ecclesie Sancti Martini Tornacensis sex bonarios tam prati quam terre, et terragium dimidii bonarii terre jacentis in parrochia de Evregnies, Elyzabeth, soror dicti militis, et Egidius des Kennes, ejus maritus, in nostra propter hoc presentia constituti, dictam elemosinam approbarunt et laudaverunt; promittentes fide et juramento interpositis, quod ipsam ecclesiam super premissis de cetero, per se vel per alium, non molestabunt, nec molestari procurabunt, et quod nichil juris in eisdem reclamabunt. Promiserunt etiam sub fide et juramento predictis, quod dictam elemosinam coram francis scabinis castelli Tornacensis approbabunt et laudabunt, et quod coram dictis scabinis eidem ecclesie werpient bene et legitime, secundum legem patrie, elemosinam supradictam; concedentes quod si contra premissa vel aliquod premissorum venirent, quod de ipsis justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuerunt juridictioni, in quacumque dyocesi commorentur.

Actum anno Domini M°. CC°. L°, mense aprili.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 244.

620.

L'official de Tournai déclare qu'Eustache le Bailli, et sa femme Ogine, ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin deux bonniers et demi de terre à Evregnies.

Samedi 9 avril 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Eustatius dictus Ballivus, et Ogina, ejus uxor, coram Johanne de Hanchin, curie Tornacensis notario, a nobis ad hoc specialiter deputato, constituti, recognoverunt se vendidisse bene et legitime duo bonaria et dimidium terre sue in parrochia de Evregnies jacentis, ut dicebant, pro quinquaginta libris Flandrensium, ecclesie Beati Martini Tornacensis, de quibus recognoverunt sibi a dicta ecclesia in numerata et tradita pecunia fuisse satisfactum; promittentes fide et juramento corporaliter prestitis, quod contra dictam venditionem, per se vel per alium, non venient in futurum. Dicta etiam Ogina, uxor dicti Eustacii, quicquid juris et actionis in dicta terra vendita habebat, aut habere poterat, aut debebat dotis nomine, assignamenti, seu quacumque alia ratione, quitavit prefate ecclesie penitus et expresse, omnibus et singulis premissis renuntiando; promittentes quod de cetero, sub fide et juramento antedictis, dictam ecclesiam, occasione premissorum vel alicujus eorum, et maxime occasione terre vendite, non molestabunt, non vexabunt, et molestari vel vexari non procurabunt. Et etiam dicta Ogina recognovit quod, nec vi nec metu, nec coacta dictam venditionem faciebat, sed spontanea voluntate, et etiam dictam pecuniam in utilitatem et commodum ipsorum fuisse conversam; volentes et concedentes quod si aliquid dicerent vel facerent, vel dici vel fieri procurarent, contra premissa vel aliquod premissorum, se posse a nobis vinculo excommunicationis innodari, quantum ad hoc nostre jurisdictioni se supponentes in quacumque dyocesi ipsos contingeret commorari; et de premissis tenendis et firmiter observandis, successores suos universales et particulares prefate ecclesie reliquerunt obligatos.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, sabbato post Quasimodo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 237.

621.

L'official de Tournai déclare que Julienne, femme d'Arnoul Kaneson, et ses deux fils, en leur qualité d'héritiers de feu Sigerus d'Evregnies, ont ratifié le don que ce seigneur avait fait à l'abbaye de Saint-Martin, de six bonniers de terre et d'un terrage à Evregnies et Saint-Léger.

Samedi 16 avril 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constituti Juliana, quondam uxor Hugonis de Lohierplanke, nunc uxor Arnulfi dicti Kaneson, et Johannes et Gossuinus, ejusdem Juliane liberi, heredes, ut dicitur, Sygeri de Evregnies, militis, defuncti, recognoverunt dictum Sygerum, militem, ecclesie Beati Martini Tornacensis in elemosinam puram contulisse sex bonarios tam terre quam prati, et terragium dimidii bonarii, jacentia in parrochiis de Evregnies et Sancti Leodegarii, et promiserunt predicti Juliana et ejus liberi quod nichil juris de cetero in dictis terra, prato, et terragio, per se nec per alium reclamabunt nec facient reclamari, et quod dictam ecclesiam dictis bonis pacifice et quiete gaudere permittent in futurum. Promiserunt etiam quod dictum Arnulphum, nunc maritum dicte Juliane, ad hoc inducent quod postquam requisiti fuerint ex parte dicte ecclesie, quod renuntiet idem Arnulphus, coram francis scabinis castelli Tornacensis, omni juri si quod habet ex quacumque causa in dictis bonis, illi juri renuntiabit expresse infra mensem postquam fuerint ex parte dicte ecclesie requisiti. Omnia autem predicta et singula, predicti

Juliana et ejus liberi promiserunt se firmiter observaturos ecclesie memorate, fide et juramento interpositis, et sub pena XL lib. Flandrensium ecclesie memorate reddendarum, si ipsos vel aliquem ipsorum, vel alium nomine ipsorum, contra premissa vel aliquod premissorum venire contingeret in futurum. Et renuntiaverunt expresse omni juri quod contra premissa vel aliquod premissorum ipsis posset prodesse et obesse ecclesie memorate, et maxime privilegio crucis indulto sive in futurum indulgendo. In cujus rei testimonium et firmitatem, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad instantiam Juliane et liberorum ejus predictorum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, sabbato post Misericordia Domini.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 243.

622.

L'official de Tournai déclare que Welin Tollart et sa femme ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin une dime et un cens à Evregnies, et qu'ils ont promis de respecter la donation de six bonniers de terre et d'un terrage à Evregnies et à Saint-Léger, faite à ladite abbaye par feu le chevalier Sigerus d'Evregnies.

Mai 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia et in jure propter subnotata constituti Wetinus dictus Tollart, et ejus uxor, recognoverunt se vendidisse ecclesie Beati Martini Tornacensis totam decimam suam quam habebant in parrochia de Evregnies, et censum unius denarii Laudunensis, in quo tenebatur ipsis Wetino et ejus uxori annuatim quoddam pratum quod contulit bone memorie quondam Sygerus, miles de Evregnies, ecclesie supradicte, pro quadam summa pecunie de qua sibi satisfactum

esse recognoverunt ad plenum. Item recognoverunt quod predictus Sigerus, miles, contulit ipsi ecclesie in puram elemosinam sex bonarios terre et prati, et terragium dimidii bonarii terre, jacentia in parrochiis Sancti Leodegarii et de Evreguies; promittentes fide et juramento interpositis, quod ipsam ecclesiam permittent predicta omnia pacifice possidere tamquam suam propriam hereditatem, nec aliquid juris in predictis decima, terra, pratis, terragio et censu, de cetero sibi vendicabunt, nec ipsam ecclesiam super premissis molestabunt in futurum, vel ab aliquo facient molestari; et renuntiantes expresse omni exceptioni ecclesiastice et civili, fraudis et doli, et maxime exceptioni non numerate pecunie, et omni alii que sibi prodesse posset contra presentes litteras et obesse ecclesie supradicte. Preterea dicta mulier uxor renuntiavit expresse omni rationi, omni auxilio assignamenti sive dotis; promittens sub virtute prestiti juramenti, quod ratione dotis aut assignamenti, in predictis omnibus in posterum nichil reclamabit. Et concesserunt predicti Wetinus et ejus uxor, si ipsos contingat ex aliqua causa contra predicta venire, vel aliquod de premissis, quod nos ipsos ad desistendum, et ad omnia et singula supradicta observanda, per censuram ecclesiasticam compellamus, quantum ad hoc se nostre juridictioni supponentes. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 258.

623.

Gilles d'Ancre ratifie la vente d'une dîme à Flobecq, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Thomas de Maulde, qui la tenait de lui en fief, et du consentement de Jean, dit seigneur d'Audenarde, seigneur supérieur dudit fief, transfère la dîme en question à l'abbaye.

Mai 1250.

Universis presentes litteras visuris, Egidius de Ancre salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Thomas de Malda, homo meus feodalis, ecclesie Beati Martini Tornacensis vendidit duas partes decime x bonariorum et dimidii terre, parum plus vel minus, site in parrochia de Flobierc, ad ipsum hominem meum spectantes, quam a me tenebat in feodum, que decima sita est in personatu ecclesie supradicte. Et hec venditio facta fuit ad instantiam et submonitionem ipsius Thome, hominis mei supradicti, per legem et secundum legem, consensu et auctoritate mea, necnon et nobilis viri Johannis, dicti domini de Aldenarde, militis, domini mei superioris, intervenientibus. Et sciendum est quod dictus Thomas dictam decimam in presentia hominum meorum, et hominum domini mei predicti, ad hec vocatorum, in manus meas, ad opus ipsius ecclesie reportavit, nichil juris in eadem sibi vel successoribus suis retinendo. Quo facto, dicto Thome per judicium dictorum hominum de dicta decima legitime exheredato, ego dictam dicimam, per judicium dictorum hominum ecclesiam supradictam de dicta decima adheredavi, dictam decimam in manus domni Egidii de Cella, dicte ecclesie monachi ad hoc specialiter ab ipsa ecclesia destinati reportando. Et dictus Thomas, fide et sacramento corporaliter prestitis, promisit quod dictam ecclesiam dicta decima in perpetuum gaudere permittet pacifice et quiete, et facere suam voluntatem, nec faciet quominus de ea gaudere possit dicta ecclesia, nec super ipsa decima dictam ecclesiam de cetero molestabit; ipsum et suos successores ad premissa omnia et singula observanda firmiter obligando. Et ego Egidius dictam decimam, tanquam dominus, de consensu et voluntate viri nobilis Johannis predicti, domini mei superioris, garandizare promisi, me quantum ad hoc adversus ipsam ecclesiam plegium et hostagium constituendo. Nec est pretermittendum quod dictus Thomas, coram me et hominibus meis predictis, de precio venditionis supradicte recognovit se suum habere creantum. In cujus rei testimonium presentes litteras ad instantiam et preces dicti Thome, sigillo dicti Johannis de Aldenarde, militis, domini mei, cum sigillum proprium non habeam, dicte ecclesie tradidi roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 90; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 90.

624.

L'official de Tournai constate la vente d'une partie de bois à Rumillies, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Bernard de Lis et sa femme Mathilde.

Samedi 25 juin 1250.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter subnotata presentia constituti, Bernardus de Lis et Mathildis, ejus uxor, recognoverunt se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Martini Tornacensis tria jornalia et viginti virgas, ad virgam de Kayn, nemoris quod habebant in parrochia Sancti Brictii Tornacensis, juncta nemori ecclesie predicte, in territorio de Rumegnies, et hoc ad estimationem bonarii pro l^{a} libris Flandrensium. Quod nemus werpiverunt domno Egidio, monacho dicte ecclesie, ad opus et nomine ecclesie supradicte, nichil juris in eodem sibi retinentes, et promittentes quod prout jus dictaverit, dictum nemus in perpetuum garandizabunt ecclesie prenotate. Promiserunt etiam tam Bernardus predictus quam Mathildis, ejus uxor, fide et juramento interpositis, quod contra dictam venditionem non venient nec venire procurabunt in futurum, nec querent artem sive ingenium, per quod dicta ecclesia molestetur, quin possit dictum nemus pacifice possidere et habere, se et suos successores ad premissa observanda obligando. Item promiserunt dicti Bernardus et Mathildis, quod heredes suos, cum ad etatem legitimam pervenerint, inducent ad hoc quod ratificabunt et ratam habebunt venditionem supradictam, infra mensem postquam ab ipsa ecclesia, vel ex parte ipsius ecclesie, fuerint requisiti, et quod litteras sigillo episcopi Cameracensis sigillatas, cum ad partes istas devenerit episcopus predictus, tradent et concedent dicte ecclesie, super venditione et conventionibus supradictis. Dicta vero Mathildis, sub fide et juramento prestitis, recognovit dictam venditionem ad utilitatem sui esse factam; promittens sub fide et juramento predictis, quod in premisso nemore, ratione dotis sue sive assignamenti sui, seu alio quoquo modo, nichil juris per se vel per alium sibi de cetero vendicabit, et

quod dictam ecclesiam super eodem, occasione premissorum non molestabit, nec molestari procurabit. Et asseruit sub eisdem fide et juramento, quod dictam venditionem et werpitionem spontanea voluntate fecerat, et quod nec vi nec metu inducta fuerat ad ipsam faciendam. Insuper recognoverunt tam dictus Bernardus quam Mathildis, ejus uxor, sibi satisfactum fuisse a dicta ecclesia de precio emptionis predicte, renuntiantes omni beneficio juris ecclesiastici et civilis, et omni exceptioni que obesse posset dicte ecclesie, et ipsis Bernardo et Mathildi prodesse, super premissis, et maxime exceptioni pecunie non solute, concedendo quod si in premissis vel in aliquo premissorum deficerent, quod de ipsis justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supposuerunt in quacumque dyocesi commorentur. In cujus rei testimonium, litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem Bernardi et Mathildis, ejus uxoris, predictorum.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. in crastino Nativitatis sancti Johannis Baptiste.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 50; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 17.

625.

Le seigneur de Ligne ratifie la vente de divers biens à Grandmetz, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Fastré de Dameries, qui les tenait de lui en fief.

Juillet 1250.

Jou Watiers, sires de Ligne, cevaliers, fac savoir à tous cials ki ces lettres veront et oront, que Fastrés de Dameries, cevaliers, mes hom, ki de mi tenoit v boniers de tiere ki gist à Bierikesne en le parroche de Granmès, et i bonier et xxxv verghes de pret en cele mesme parroche, gisant desous le cort de Dameries, ki tient au bosc que li glise Saint Martin de Tornai acata

[1] Il nous a été impossible d'utiliser cet original, dont l'état de délabrement est complet.

à Estievenart de l'Ausnoit, a vendut à le glise devant dite, cele tiere et cel pret deseure nomet, en tel manière que Fastrés devant només, par men gret et men assens, et par se requeste, et por faire sen meillor preut et son avancement, par le jugement de mes homes ki çou avoient à jugier par loi bien et loiaument, isci de celi tiere et de cel pret, et le reporta en me main entirement; si que quant raportée li eut, jo conjurai mes homes qu'il desiscent sor lor sairement et par jugement, se cil Fastrés en estoit bien hiretablement isçus par loi et deshiretés, il et ses oirs, à tous jors; liquel home disent par jugement que il Fastrès et ses oirs en estoient bien isçut et deshireté par loi et à tous jors. Et puis quant en me main furent bien et parfaitement et par loi, cele tiere et cil prés raportet, jo Watiers, sire de Ligne devant només, comme sire soverains, cele tiere et cel pret rendi et reportai en le main le provost Gillion, de Saint Martin monie, à oes le glise devant nomée, et en ahiretai le glise à tous jors par men want, et en deshiretai moi et mon oir à tous jors, en tel manière que jo les reportai en le main le provost Gillion devantdit, el non de le glise, quite et délivré de tous fiés, de tous services, de totes corovées et de tous fais, et nul droit jo n'i retiunc ne à mi ne à mon oir. Et quant ensi l'euc reportet, jo conjurai les homes devant dis qu'il desiscent se jo et Fastrés mes hom devant només en estiemes bien et no oir deshiretet, et li glise bien ahiretée. Liquel home disent par jugement que bien en estiemes deshiretet par loi, et li glise bien ahiretée par loi. Et jura Fastrés devant només que jamès à nul jor, il ne ses oirs ne venront contre cest vendage, et reconneut que il estoit bien paiés des deniers del vendage devantdit. Et por çou que çou soit ferme cose et estable, et par allongement de tans ne soit obliet, ceste cartre en fu faite et saielée del saiel le segneur d'Audenarde, à me requeste et le requeste de Fastret devantdit, lequel saiel jo Watiers, sire de Ligne, ai emprunté por çou que jo n'ai nul propre mien seel. Et quant jo arai saiel propre, j'ai promis que jo le penderai avoec le saiel le segneur d'Audenarde, que jo ai emprunté.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et L. el mois de julié.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 34; original scellé sur lacs de soie rouge de deux sceaux, l'un, celui de Jean d'Audenarde, en cire brune, l'autre, celui de Watier de Ligne, en cire verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 140.

626.

L'official de Tournai déclare qu'Agnès d'Orcq, veuve du chevalier Jean de Quarte, a ratifié la vente de terres et rentes à Froyennes, faite par sa fille Béatrix et Jean du Molinel, son gendre, à l'abbaye de Saint-Martin.

Mercredi 27 juillet 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod constituta propter subnotata in nostra presentia Agnes, dicta de Orka, relicta Johannis de Quarta, militis, venditionem et werpitionem quam fecerunt Johannes del Moliniel et Beatrix, uxor ejus, filia ipsius Agnetis, ecclesie Beati Martini Tornacensis, de sex bonariis terre arabilis, tribus quartariis prati, triginta et tribus virgis minus, paulo plus minusve, annuo redditu scilicet trium raseriarum avene, dimidia bladi ad mensuram Tornacensem, triginta duobus denariis Laudunensis monete, et quatuor caponibus, jacentibus in parrochia de Froania, secundum quod ab ipsis Johanne et Beatrice facta est et vallata, et quod in litteris viri nobilis Arnulphi, domini de Cysonio, continetur, laudans, approbans et ratam habens, promisit fide et juramento interpositis, quod ipsam venditionem inviolabiliter, necnon et omnes conventiones super ea habitas, que in supradictis litteris dicti nobilis continentur, in perpetuum observabit, et renuntians omni doti quam in premissis habere posset. Promisit etiam sub dictis fide et juramento, quod nec ratione dotis, nec ratione assignamenti dotis, nec alia quacumque ratione, in premissis, per se vel per alium, aliquid in posterum reclamabit sive faciet ab aliquo reclamari. In cujus rei testimonium, presentes litteras ad petitionem ipsius Agnetis ipsi ecclesie tradidimus, sigilli sedis Tornacensis munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°, feria IIII^a ante beati Petri ad vincula.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 186; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 125.

627.

L'official de Tournai déclare que le chevalier Jean d'Esplechin a exempté de toute amende autre qu'une paire de gants blancs l'abbaye de Saint-Martin, pour le cas où elle ne payerait pas le cens qu'elle doit chaque année audit Jean d'Esplechin.

Samedi 10 décembre 1250.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod constitutus propter subnotata in nostra presentia Johannes de Splecin, miles, in puram elemosinam concessit ecclesie Beati Martini Tornacensis, quod ipsa ecclesia in futurum absoluta sit et libera ab omni emenda, servicio, forefacto seu legibus in quibus in perpetuum possent aut deberent teneri ipsi militi, vel que ipsa ecclesia posset committere, ex defectu solutionis census in quo ipsa ecclesia tenetur militi supradicto, sub tali forma quod si ipsam ecclesiam in solutione ipsius census contingat in posterum deficere, quod pro defectu hujusmodi ipsi militi, salvo tamen ei dicto censu, in uno pare albarum cyrotecharum tantummodo emende nomine teneatur.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo, sabbato post beati Nicholai.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 190.

628.

L'abbesse, le doyen, les chanoines et les religieuses de Messines garantissent à l'abbaye de Saint-Martin le payement des cent sous de Flandre que Jean Bouchout, chanoine de Messines, s'est obligé à faire chaque année à ladite abbaye, en compensation de l'arrentement qu'elle lui avait consenti de diverses maisons à Messines.

Janvier 1251.

Universis presentes litteras inspecturis, Margareta, divina permissione ecclesie Messinensis abbatissa, G..., decanus, totumque ejusdem ecclesie tam canonicorum quam monialium capitulum, salutem in Domino.

Universitati vestre notum facimus, quod dominus Johannes Bouchout, canonicus Mecinensis, tenetur ecclesie Sancti Martini Tornacensis in centum sol. Flandrensis legalis monete communiter currentis per Flandriam, de perpetuo reddilu, singulis annis apud Mecines solvendis in crastino Animarum, nuntio ecclesie Sancti Martini predicte ad hoc specialiter destinato, in hunc modum quod si in solutione predicta, termino supradicto, dictus Johannes deficeret, singulis diebus quibus cessaret reddere teneretur ecclesie Sancti Martini, pro qualibet die quinque sol. monete supradicte, cum redditu supradicto. Quem redditum dictus Johannes coram nobis promisit ecclesie Sancti Martini memorate reddituram, legitima stipulatione interveniente, sicut superius est expressum. Quem redditum reddere tenetur dictus Johannes sepedicte ecclesie, pro arrentatione quarumdam masurarum cum domibus, scilicet unius masure site in vico de Gandavo, cum appendiciis, et quadam pecia terre arabilis ultra fossatum ville Mecinensis, et unius masure site juxta atrium Sancti Nicholai, et quicquid omnino dicta ecclesia Sancti Martini habebat in villa Mecinensi. Ad quem redditum solvendum termino et modo supradictis, nos abbatissa, decanus et capitulum supradicti, unacum predicto Johanne, obligamus, et eidem ecclesie reddere promittimus bona fide, confitentes expresse quod in predicta arrentatione facta, utilitas ecclesie nostre Mecinensis omnino versatur. Et renuntiamus expresse beneficio restitutionis in inte-

grum, et omni juris auxilio, et omni consuetudini ecclesie nostre, seu alterius loci religiosi seu ecclesiastici, et omni beneficio et exceptioni per que predictam solutionem impedire vel retardare possemus in futurum. In quorum memoriam presentes litteras sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno Domini M°. CC°. L°, mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 329.

629.

L'official de Tournai constate la donation d'un bonnier de terre à Taintegnies, faite à l'abbaye de Saint-Martin par maître Olivier de Saint-Martin, clerc, fils de feu Olivier de l'Ortioit.

Mardi 10 janvier 1251.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constitutus magister Oliverus de Sancto Martino, clericus, filius quondam Oliveri de l'Ortioit, civis Tornacensis, contulit in puram elemosinam ecclesie Sancti Martini Tornacensis unum bonarium terre arabilis, quem habebat, ut dicebat, in parrochia de Tintegnies, in loco qui dicitur as Tombes, ad usus pitantiarum dicte ecclesie convertendum. Quem bonarium eidem ecclesie quitavit liberaliter et benigne coram nobis, nichil juris in eodem sibi retinendo. Et promisit idem magister, fide et juramento interpositis, quod in eodem bonario, per se vel per alium, nichil juris sibi de cetero vendicabit, et quod non queret artem sive ingenium, per quod dicta ecclesia super eodem molestetur; concedens quod si contra premissa vel aliquod premissorum veniret, quod de ipso justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuit jurisdictioni in quacunque dyocesi commore-

tur; renuntians quoad hoc omni beneficio juris ecclesiastici et civilis, et omni exceptioni que obici posset contra presens instrumentum et omni alii exceptioni que obesse posset dicte ecclesie et dicto magistro prodesse. In cujus rei testimonium, litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem magistri supradicti.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo, mense januario, feria III^a post Epyphaniam Domini.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 103; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1063, copie du XVIIIe siècle.

630.

L'abbé de Saint-Martin arrente à Jean le Cambier, en présence des échevins de la Cité de Tournai, une maison appartenant à l'abbaye, sur le Marché de cette ville.

Février 1251.

Çou sacent chil ki sont et ki avenir sont, et cest escrit veront et oront, ke li abes Raous de Saint Martin de Tornai a arentée perpétuelment à Jehan le Cambier le premerain ostel de se helde el Markiet, ki siet delès le maison Jehan Quatresaus, ke Jehans de Borghiele tenoit à rente de le glisse Saint Martin, et tout l'iretage ensi que li osteus siet, liqueus iretages a XV piés de let, pau plus u pau mains, pardevant. De celle maisson doit Jehans li Cambiers à le glisse de Saint Martin V saus de Paresis de cens cascun en à le saint Remi, et VII lib. de Paresis par en à trois paiemens en l'an : au Noël ciunquante s[aus], à Pasques XLV s. et à le saint Jehan Baptiste XLV s.. Et par tel que Jehans ki devant est dis, ne il, ne si oir, ne autres à qui li iretages viegne, ne par escance, ne par acat, ne autrement, n'i puet ne vendre ne douner ne acroistre sur l'iretage ki devant est només, ne l'iretage ne kierkier ne apeser d'autre rente, ne de plus que des VII lib. et V s. ki devant sont dit. Et si a Jehans li Cambiers devantdis le moitiet en le masière ki est entre se

maisson et le maisson Jehans Quatresaus, tout ensi qui li glisse de Saint Martin l'i avoit; lequele masière li glisse de Saint Martin et Jehans de Borghiele fisent à moitiet de kemun; et si doivent metre Jehans li Cambiers et Jehans Quatresaus nohe de kemun. Et por l'enforcement et por le seurté de le rente devant dite, si doit Jehans li Cambiers metre en herbregage sor l'iretage devant dit, dedens II ans ki vienent procainement, xx lib. de Paresis par le dit de maçons et de carpentiers; et si en a asenée le glisse à v quartiers de tiere ki gist devant leur cort de Dameries. Toutes ces convenences otria et werpi dans Gilles de Ciele, par le kemun asens de l'abet et del capitele, à Jehan le Cambier ki devant est dis, par devant les eskievins de Tornai, si com Jehan Païen, Gillion Pasquin, Jehan Colemer, Gillion Kieville, Wauton Aletake, Willaume le Sauvage, Jakemon le Prouvost. Et por çou que çou soit ferme cose et estable, si en est cirografies fés par le volenté des kemunes parties, et livrés deviers les eskievins ki nomet sont.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation M. et CC. et ciunquante, el mois de février.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; original en forme de chirographe. — Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de la Cité, layette de 1250; chirographe original sur parchemin.

631.

Le châtelain de Tournai ratifie l'échange de terres à Taintegnies et Willemeau, fait par Gilles de Haudion avec les moines de Saint-Martin.

Avril 1251.

En l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhesu Crist M. CC. et LI, el mois d'avril.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 126 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 100.

632.

Le chevalier Jean, seigneur d'Esplechin, Jean, son fils aîné, et Amaury, seigneur de Landas, ratifient la vente de six bonniers de terre et d'un manse à Esplechin, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jean, fils de Gilles de Roupi, qui les tenait en fief du seigneur d'Esplechin.

Juin 1251.

Omnibus presentem cartam visuris, ego Johannes, miles, dominus de Splecin, et ego Johannes, filius ejus primogenitus, tenore presentium volumus esse notum quod coram me Johanne, milite, Johannes, filius Egidii de Roupi, homo meus feodalis, constitutus, coram hominibus meis, paribus suis, scilicet : Johanne dicto Monnier, Alardo del Molliniel, militibus, et Baldone de Bovri, pro evidenti necessitate, sicut predicti pares ejus plenius cognoscebant, vendidit ecclesie Beati Martini Tornacensis bene et legitime, secundum legem patrie, sex bonaria terre paulo plus minusve, et unum mansum jacentia apud Splecin, que de me tenebat in feodum, unumquodque bonarium pro viginti et novem libris Flandrensis monete veteris; de qua pecunia idem Johannes, filius Egidii, coram me et hominibus meis predictis, paribus suis, recognovit esse sibi plenarie satisfactum. Dictus enim Johannes, filius Egidii, predicta sex bonaria et mansum, ad opus dicte ecclesie, in manu mea reportavit, et omni juri quod habuerat in dictis terra et manso plenissime renuntiavit, fide et juramento promittens, se nullam artem vel ingenium, per se vel per alium, quesiturum per que dicta ecclesia in posterum molestetur de terra et manso predictis. Homines vero mei predicti, pares dicti Johannis, filii Egidii, a me sub fide requisiti si dictus Johannes, filius Egidii, dictam terram et mansum legitime werpiverat, ita quod ea legitime conferre poteram ecclesie memorate, habito prius super hoc consilio, per judicium dixerunt quod sic, et eandem terram et mansum predicto Johanni, filio Egidii, per judicium abjudicaverunt. Et ego Johannes, pater, predictam terram et mansum monachis ejusdem ecclesie, Thome et Petro, ab abbate suo ad hoc specialiter desti-

natis, ad opus ecclesie sue tradidi, ab omni exactione, servicio et consuetudine liberam perpetue possidendam; hoc solum excepto, quod in festo beati Remigii, dicta ecclesia debet annuatim solvere michi et heredi meo censum duorum denariorum Laudunensis monete pro quolibet bonario terre predicte.

Ego vero Johannes, filius primogenitus dicti Johannis, militis, predictam terram et mansum a predicto Johanne, filio Egidii, in manu mea reportata, ea omnia in manus dictorum monachorum reportavi, et hoc feci ad majorem securitatem werpitionis predictorum terre et mansi, laudans et approbans ea omnia que superius sunt acta. Ne igitur dictam ecclesiam super prefatis contingat in posterum molestari, ego Johannes, miles, et ego Johannes, filius ejus primogenitus, ad petitionem dicti Johannis, filii Egidii, plegios et hostagios nos constituimus adversus ecclesiam sepedictam. Et quia sigilla propria non habemus ad presens, a domino nostro, viro nobili Amolrico, milite, domino de Landast, predicta omnia, prout acta sunt, laudari, approbari et sigilli sui munimine procuravimus roborari.

Ego autem Amolricus, miles, dominus de Landast, ad preces hominum meorum, Johannis, militis, domini de Splecin, et Johannis, filii ejus primogeniti, ea omnia prout acta sunt superius, laudo, approbo benigne et consentio in eisdem, et presentem cartam, ut contenta in eadem robur obtineant firmitatis, sigillo meo feci sigillari. Et si predicti mei homines in aliquo contrairent, ego tamquam dominus predicta garandizarem ipsi ecclesie usque ad legem, et hoc salvo quod dominus retinet justiciam in terra prenotata.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo primo, mense junii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 160.

633.

Le seigneur de Cysoing garantit à l'abbaye de Saint-Martin, moyennant un cens annuel stipulé à son profit, la libre jouissance des terres et rentes à Froyennes, vendues à cette abbaye par Jean du Molinel et sa femme Béatrice.

Juin 1251.

Omnibus presentem cartam visuris, ego Arnulphus, dominus de Cysonio, notum facio presentium tenore, quod coram homine meo feodali, Egidio de Quarta, milite, et Maria de Orka, ejus uxore, comparuerunt Johannes del Molliniel et ejus uxor Beatrix, homines feodales ipsorum Egidii et ejus uxoris, et coram hominibus ipsorum, paribus dictorum Johannis et ejus uxoris Beatricis de eodem feodo, pro evidenti utilitate eorum, utilitatem ipsam pro necessitate reputantes in hac parte, sicut predicti homines dictorum Egidii et ejus uxoris, pares dictorum Johannis et ejus uxoris, plenius cognoscebant, vendiderunt ecclesie Beati Martini Tornacensis bene et legitime, secundum legem patrie, sex bonaria terre arabilis, tria quartaria prati, et tribus virgis minus, paulo plus minusve, annuum redditum, scilicet tres raserias avene, dimidiam bladi ad mensuram Tornacensem, triginta duos denarios Laudunensis monete, et quatuor capones, jacentia in parrochia de Froania, que omnia de dictis Egidio et ejus uxore Maria tenebant in feodum, pro undecies viginti lib. veteris Flandrensis monete, minus sex sol.; de qua pecunia iidem Johannes et ejus uxor Beatrix, coram predictis hominibus meis, Egidio, milite, et ejus uxore Maria, hominibus eorum predictis, paribus dictorum Johannis et ejus uxoris, recognoverunt esse sibi plenarie satisfactum ab ecclesia Beati Martini memorata. Dicti enim Johannes et ejusdem uxor Beatrix, predicta omnia, terram, pratum et redditum, ad opus dicte ecclesie, in manibus dictorum Egidii, militis, et Marie, ejus uxoris, reportaverunt, et ter ipsa omnia werpiverunt et effestucaverunt more debito, per legem, sicut decebat, et omni juri quod habuerant in predictis terra, prato et reddilu renuntiaverunt, fide et juramento promittentes se nullam artem vel ingenium, per se vel per alium

quesituros, per que dicta ecclesia in posterum de predictis terra, prato et redditu molestetur. Predicti vero homines dictorum Egidii et ejus uxoris, pares dictorum Johannis et ejus uxoris, ab ipso Egidio, milite, et ejus uxore requisiti sub fide sua, si dicti Johannes et ejus uxor Beatrix predicta terram, pratum et redditum ita legitime werpiverant, et tantum inde fecerant sufficienter per legem, quod hereditari posset legitime dicta ecclesia de terra, prato et redditu supradictis, habito prius super hoc consilio, per judicium dixerunt quod sic, et eandem terram, pratum et redditum predictis Johanni et ejus uxori abjudicaverunt per legem.

His autem omnibus rite actis, dicti Egidius, miles, et Maria, ejus uxor, predicta omnia in presentia hominum meorum ad hoc vocatorum, in mea manu reportaverunt, ad opus ecclesie Beati Martini supradicte, quita et libera ab omni exactione, servicio et consuetudine quacumque, et homagium suum per legem et judicium hominum meorum mihi quitaverunt. Qui homines a me requisiti sub fide sua, si iidem Egidius et ejus uxor predicta legitime werpiverant, et de eis tantum fecerant quod ecclesia Beati Martini posset sufficienter per legem hereditari de predictis, habito super hoc consilio responderunt quod sic; et quicquid dominii habuerant in eisdem, ipsis Egidio et ejus uxori abjudicaverunt per legem. Quo facto, per ordinem legis in omnibus observatum, predicta omnia monachis dicte ecclesie, domno Petro scilicet et Egidio, ab abbate suo ad hoc specialiter destinatis, ad opus ecclesie sue tradidi, ab omni exactione et consuetudine libere a me perpetue possidenda; hoc salvo quod in festo beati Remigii, singulis annis, dicta ecclesia tenetur michi et heredi meo solvere censum duorum denariorum pro quolibet bonario, et unum pro redditu apud Camphaing, majori meo si eum ibidem habeam; et si majorem non habeam, ego teneor mittere nuntium meum ad curiam eorum quam habent apud Camphaing, propter censum meum, quem si tunc non solverit, duplicabit, nec aliud potero pro emenda defectus. Et ibidem incontinenti censum dicte terre, prati et redditus recepi ex parte dicte ecclesie, coram censuariis qui a me requisiti, sub juramento suo, si dicta ecclesia sufficienter esset hereditata per legem de predictis, habito consilio dixerunt quod sic. Ego vero dominus de Cysonio, retentis censu predicto et justicia in predictis, garandizabo ea omnia, tamquam dominus, ecclesie sepedicte. Nec est pretermittendum quod Johannes, filius dictorum Egidii et ejus

uxoris primogenitus, in predictis omnibus liberaliter consensit. In cujus rei memoriam presentem cartam, ut contenta in eadem robur obtineant firmitatis, sigillo meo feci sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. primo, mense junio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 181; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 119.

634.

Le châtelain de Tournai approuve un échange de terres fait entre les moines de Saint-Martin et l'avoué de Tournai.

Juillet 1251.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation M. CC. et LI, el mois de julie.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 68; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 131 [1].

635.

Le seigneur de Cysoing approuve la vente de terres à Camphin, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Nicolaus de Curia dit Clugnet, de Tournai, qui les tenait de lui à cens.

Juillet 1251.

Omnibus presentem paginam visuris, ego Arnulphus, dominus de Cysonio, notum facio presentium tenore, quod Nicholaus de Curia, dictus Clugnes, civis Tornacensis, censuarius meus, in presentia Alardi dicti

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 101.

Machelier, quem ego coram censuariis meis loco mei constitui tamquam justiciam in hac parte, et censuariorum meorum, scilicet : Johannis, militis, dicti Avunculi, Johannis de Platea, Liberti de Baisiu, Arnulphi dicti Blondi, et Johannis dicti Huret de Scamaing, vendidit bene et legitime, secundum legem patrie, ecclesie Beati Martini Tornacensis, quinque bonaria et tres quartarios terre jacentia in parrochia de Camphaing, in tribus peciis, quam tenebat de me sub annuo censu, pro evidenti necessitate, sicut idem Nicholaus, fide et juramento propter hoc ab ipso prestitis, asserebat coram censuariis meis; et ipsi censuarii plenius cognoscebant. Et eandem terram ipse Nicholaus in manu dicti Alardi, loco mei constituti, ad opus dicte ecclesie Beati Martini reportavit, werpivit et effestucavit, ter, more debito, sicut decebat, coram predictis censuariis meis ad hoc specialiter vocatis, et omni juri quod habuerat in predicta terra renuntiavit. Predicti vero censuarii mei, a predicto Alardo conjurati si dictus Nicholaus dictam terram in manu dicti Alardi ita sufficienter reportaverat, werpiverat et effestucaverat ad opus ecclesie, et tantum inde fecerat quod nichil juris haberet in ea, et dicta ecclesia legitime de eadem per legem posset hereditari, habito super hoc consilio inter se dixerunt quod sic, et eidem Nicholao per judicium abjudicaverunt. Quo facto, per ordinem legis in omnibus observatum, dictus Alardus dictam terram in manu domni Thome monachi dicte ecclesie, ad opus ipsius ecclesie reportavit, et ipsi tradidit liberam et immunem ab omni exactione, servicio et consuetudine, a me libere in perpetuum possidendam; hoc salvo, quod in festo beati Remigii, singulis annis, dicta ecclesia tenetur michi et heredi meo solvere censum duorum denariorum pro quolibet bonario, apud Camphaing, majori meo si eum habeam ibidem, et si majorem ibi non habeam, ego teneor mittere nuntium meum ad curiam eorum quam habent apud Camphaing propter meum censum; quem si tunc non solverint duplicabitur, nec aliud petere potero pro emenda defectus solutionis. Et ibidem incontinenti censum dicte terre recepit dictus Alardus, loco mei, ex parte dicte ecclesie, coram censuariis meis predictis, qui a predicto Alardo, loco mei, sicut dictum est, constituto, requisiti sub suo juramento si dicta ecclesia sufficienter esset hereditata per legem de dicta terra, habito prius super hoc consilio dixerunt quod sic.

Et sciendum est quod coram predictis Alardo et censuariis meis,

Johannes, frater dicti Nicolai, Ida per advocatum Walterum. nepotem suum, et Juliana, sorores ipsius Nicolai, et Gossuinus, maritus dicte Juliane. necnon Walterus antedictus, qui predictis venditioni et werpitioni presentes fuerunt, liberaliter et benigne consenserunt in eisdem, et ad majorem securitatem eandem terram dicto domno Thome, nomine dicte ecclesie. werpiverunt, et omni juri si quod in eadem haberent, renuntiaverunt expresse, promittentes fide et juramento interpositis, quod ratione elemosine sive assignamenti, aut ex alia quacumque causa, nichil juris in dicta terra sibi de cetero vendicabunt. Et ego dominus de Cysonio, retentis censu predicto et justicia in dicta terra, omnia supradicta, prout acta sunt, coram predictis Alardo, quem quoad predicta loco mei tamquam justiciam constitui, et censuariis meis approbans, garandizabo predictam terram tamquam dominus ecclesie supradicte. In cujus rei memoriam presentem cartam, ut contenta in eadem robur obtineant firmitatis, sigillo meo feci sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. primo, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 171.

636.

L'official de Noyon constate la vente faite au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par Nicolas le Long, de deux mesures de terre sises derrière le moulin du prieuré dit le moulin à Choissel.

Janvier 1252.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. primo. mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume. Cartulaire 122, p 262 [1].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 231.

637.

L'official de Noyon constate la vente d'un manse à Ansomues, faite par Nicolas le Long à Nicolas, sergent du prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte.

Janvier 1252.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. primo, mense januario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 261 [1].

638.

Gontier de Mouchin approuve la vente de terres au Tilleul, entre Lamain et Baisieux, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jean du Molinel et sa femme Béatrice, qui les tenaient de lui en fief.

Février 1252.

Universis presentes litteras visuris, ego Gonterus de Mouscin salutem in Domino.

Noveritis quod Johannes del Mouliniel, homo meus feodalis, et Beatrix, ejus uxor, in presentia mea et hominum meorum, parium dicti Johannis, propter hoc vocatorum, videlicet : Alardi de Rume, militis, Johannis del Maresc, Gerulfi del Moliniel, Egidii del Triesc, Gossuini de Molendino, de feodo quem de me tenebant, pro evidenti necessitate, sicut predicti homines mei, tam per juramentum ipsorum Johannis et ejus uxoris, quam aliorum proborum virorum et fide dignorum, super dicta necessitate specialiter ab ipsis receptum, plenius cognoscebant, et etiam sub juramento ipsorum testabantur, vendiderunt ecclesie Beati Martini Tornacensis bene et legitime, secundum legem patrie, quinque bonaria et septuaginta et octo

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 230.

virgas et dimidiam terre site in loco qui dicitur au Tilleul, inter Lamaing et Baisiu, quam de me tenebant in feodum dicti Johannes et ejus uxor, quodlibet bonarium pro triginta et quatuor libris Flandrensium; de qua pecunia dicti Johannes et ejus uxor, coram me et hominibus meis prenominatis, paribus suis, ab eisdem requisiti super hoc recognoverunt esse sibi plenarie satisfactum ab ecclesia memorata.

Quibus ita peractis, dicti Johannes et ejus uxor, coram predictis hominibus meis, paribus suis, qui submoniti a me Gontero, eorum domino, super hoc dixerunt per judicium quod inde Johannes et ejus uxor bene poterant dictam terram ad opus dicte ecclesie reportare in manu mea, et werpire eandem terram libere et absolute in manu mea, ad opus dicte ecclesie reportaverunt, werpiverunt et effestucaverunt, ter, more debito, per legem et judicium, ut decebat, et omni juri quod habuerant vel habere possent in futurum renuntiaverunt expresse; fide et juramento promittentes se nullam artem vel ingenium quesituros, per se vel per alium, per que dicta ecclesia in posterum de predicta terra molestetur. Ego vero prenominatos homines meos, pares ipsorum Johannis et ejus uxoris, submonivi et requisivi sub fide sua in qua mihi tenebantur astricti, si dicti Johannes et ejus uxor predictam terram ita sufficienter werpiverant, et tantum inde fecerant quod de eadem terra essent bene et legitime exheredati, et nichil juris haberent in eadem, et dicta ecclesia de eadem posset bene per legem et secure adheredari, ipsi homines, habito super hoc consilio dixerunt quod dicta mulier doti sue, si quid haberet in dicta terra vel habere posset, expresse renuntiaret, et dictus Johannes de dote sua ad aliam terram equivalentem faceret dotis sue restitutionem. Tunc ipsa mulier omni juri quod habebat vel posset habere in futurum in dicta terra, ratione dotis vel assignamenti, renuntiavit, nulla vi aut nullo metu ad hoc inducta, sicut fide et sacramento prestitis plenius asseruit coram me et hominibus meis, ab ipsa predictis fide et sacramento super hoc specialiter receptis; et promisit sub virtute prestiti juramenti, quod contra predicta nullatenus veniet in posterum, vel venire procurabit. Dictus enim Johannes ibidem incontinenti ad aliam terram, videlicet ad tria bonaria in terra que dicitur en le Couture, ad duo bonaria el Mauessart, ad tria bonaria et dimidium retro mansuram, et ad novem quartarios el Tieric, equivalentem, ut homines mei cognoscebant, assignavit dictam mulierem

de sua dote bene et sufficienter, et contenta fuit mulier antedicta. Dicti autem homines mei, iterato a me requisiti sub juramento suo si sufficienter esset uxor dicti Johannis de dote sua reassignata, et si dicti Johannes et ejus uxor essent sufficienter exheredati de terra supradicta, et tantum fecissent quod nichil juris in eadem terra haberent, et dicta ecclesia posset bene et sine aliqua calumpnia adheredari, responderunt quod sic, et per judicium eisdem Johanni et ejus uxori abjudicaverunt terram supradictam. Item requisiti a me homines mei si predicta terra que prius fuerat feodalis, posset per legem fieri censualis, habito super hoc inter se consilio responderunt quod sic.

His igitur omnibus rite actis, et consuetudine juris et legis patrie in omnibus observata, ego Gonterus, in presentia hominum meorum censuariorum ad hoc specialiter vocatorum, videlicet : Rogeri Makedavaine, Everardi de Haudion, Philippi de Planca, Petri de Hiertaing, Radulfi del Moliniel, predictam terram monachis ecclesie Sancti Martini Tornacensis ab abbate suo ad hoc specialiter destinatis, Egidio cellarario, et Egidio de Ciele, ad opus ecclesie Sancti Martini supradicti, tradidi liberam et immunem ab omni servicio feodali, exactione, et consuetudine aliqua, libere de me et perpetuo possidendam; hoc salvo quod in festo beati Remigii, singulis annis. pro quolibet bonario solvere tenebuntur mihi et successori meo, apud Blandeng, vel illi qui ibidem fuerit loco nostri, duos Laudunenses nomine census. Si autem dicta die census predictus ex parte dicte ecclesie solutus non fuerit, nullam ab ipsa ecclesia potero emendam pro defectu solutionis petere, nisi tantum duos sol. Laudunensium. Ego autem ibidem dicta ecclesia de dicta terra, ut dictum est, plenarie heredata, incontinenti recepi censum dicte terre ex parte ipsius ecclesie, a monachis antedictis, coram censuariis meis superius nominatis, qui a me fuerunt requisiti sub suo juramento si dicta ecclesia de dicta terra sufficienter esset adheredata per legem patrie; qui habito super hoc inter se consilio dixerunt quod sic. Et ego Gonterus, mediante censu prefato, teneor dictam terram ecclesie supradicte in perpetuum garandire. In cujus rei testimonium, presentem cartam contuli ecclesie memorate, sigilli mei appensione roboratam.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. I°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 183.

639.

L'official de Tournai déclare que Gontier de Mouchin a reconnu pleinement, en sa présence, la validité de la charte précédente.

Samedi 10 février 1252.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod constitutus propter subnotata in nostra presentia Gonterus de Mouschin, filius quondam Walteri de Mouschin, militis, recognovit cartam his nostris litteris presentibus annexam esse suam, et ipsam sigilli sui proprii esse munimine roboratam. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad instantiam Gonteri supradicti.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo primo, sabbato post octabas Purificationis beate Virginis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 185.

640.

L'official de Tournai constate qu'Agnès d'Orcq a vendu à l'abbaye de Saint-Martin diverses rentes annuelles à Froyennes, et que les deux filles de ladite Agnès, ainsi que leurs maris, ont ratifié cette vente.

Vendredi 1er mars 1252.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constituta domina Agnes de Orka, vidua, recognovit se bene et legitime vendi-

disse ecclesie Sancti Martini Tornacensis quatuor raserias avene, xv sol. Laudunensium, duos denarios Laudunensium, decem capones, dimidium agnum, dimidiam aucam, et unum havotum frumenti ad mensuram Tornacensem annui redditus, quem redditum habebat dicta Agnes, ut dicebat, apud Froianam, et hoc pro viginti duabus libris quinque sol. minus Flandrensium, de quibus ipsa Agnes in parata et numerata pecunia recognovit sibi fuisse satisfactum, renuntians exceptioni non solute pecunie; quem redditum werpivit et effestucavit eidem ecclesie coram nobis, nichil juris sibi retinens in eodem. Maria vero et Beatrix, filie dicte Agnetis, Egidius de Quarta, miles, et Johannes del Molliniel, mariti dictarum filiarum, dictam venditionem et werpitionem approbaverunt et laudaverunt coram nobis. Et promiserunt fide et juramento interpositis, tam dicta Agnes quam dicte ejus filie et dicti earum mariti, quod in dicto redditu, per se vel per alium, de cetero nichil juris sibi vendicabunt, et quod dictam ecclesiam super eodem non molestabunt nec molestari procurabunt. Et si contra premissa vel aliquod premissorum venirent, concesserunt quod nos de ipsis justiciam faciamus; et quantum ad hoc se nostre supposuerunt jurisdictioni in quacumque dyocesi commorentur. In cujus rei testimonium litteras presentes dicte ecclesie concessimus ad petitionem Agnetis, Marie, Beatricis, Egidii et Johannis predictorum, sigillo sedis Tornacensis sigillatas.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. I°. feria vi^a post Reminiscere.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 132.

641.

Le seigneur de Cysoing ratifie la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin par Pierre Boteriau, de Baisieux, et sa femme, de tous leurs droits sur trois bonniers de terre appartenant à ladite abbaye à Camphin.

1252.

Omnibus presentem cartam visuris, ego Arnulphus, dominus de Cysonio, miles, salutem in Domino.

Noveritis quod Petrus dictus Boteriaus de Baisiu, homo meus feodalis, et ejus uxor, constituti personaliter coram Johanne dicto Bochart, quem loco mei specialiter quoad hec deputavi, et coram Johanne de Platea, Johanne de Tiefiere, et Egidio Boulet, hominibus meis, paribus ipsorum Petri et ejus uxoris, vendiderunt ecclesie Beati Martini Tornacensis omnia que juris habebant in tribus bonariis terre quam habet ipsa ecclesia apud Camphaing, paulo plus minusve, et que petere poterant ab ipsa, ratione dicte terre, scilicet annuum censum sex denariorum, et quod venire seu mittere debebat dicta ecclesia ter in singulis annis ad placita ipsorum Petri et ejus uxoris, que tenebant generalia, et omnia alia si que haberent vel possent habere ex quacunque causa in dicta terra, vel ratione ejusdem, et bene et legitime werpiverunt per legem patrie, pro evidenti necessitate eorum, ut predicti homines mei, pares ipsorum, plenius cognoscebant. Et ea omnia ter effestucaverunt, prout moris est, reportantes ipsa in manus Johannis Bochart, predicti servientis mei, a me loco mei quoad hec specialiter constituti. Predicti vero homines mei a predicto Johanne Bochart, ballivo meo in hac parte, submoniti et conjurati sub fide in qua michi tenebantur, utrum dicti Petrus et ejus uxor essent sufficienter exheredati de predictis, ita per legem quod de cetero in dicta terra nichil juris reclamare possent, nec ipsam ecclesiam ratione ipsius terre inquietare, habito prius super hoc consilio dixerunt quod sic. Et cum predicta omnia rite essent acta, et ordo juris et consuetudinis patrie in omnibus predictis esset observatus, predictus Johannes, ballivus meus, predictam terram sic de predicto servicio seu onere exoneratam, et omnibus aliis que potuissent reclamasse dicti Petrus et ejus uxor in ea, reportavit in manus domni Thome, monachi dicte ecclesie, ad hoc specialiter ab ipsa ecclesia constituti, ad opus ejusdem ecclesie, sub annuo censu sex denariorum, libere et absolute imperpetuum liberam et immunem ab omni onere, servicio, consuetudine et exactione quacumque possidendam a me. Et sciendum est quod predicti homines mei, pares dictorum Petri et ejus uxoris, requisiti et conjurati a predicto Johanne, ballivo meo in hac parte, si dicta ecclesia bene esset liberata et absoluta de predictis et omnibus aliis que petiisse potuissent sive possent in dicta terra, vel ab ipsa ecclesia, ratione dicte terre, ex quacumque causa, habito inter se consilio dixerunt quod sic; hoc addito quod mulier uxor dicti Petri renuntiaret doti sue sive assignamento

sibi competentibus in predictis, vel que competere possent, et prestaret juramentum quod nichil juris, ratione dotis vel assignamenti, in predictis rebus venditis reclamaret. Dicta vero mulier doti sue et assignamento, si quod haberet in predictis rebus venditis vel posset habere, renuntiavit expresse, et promisit fide et juramento interpositis, quod dictam ecclesiam non molestabit, nec ab aliquo molestari procurabit ratione dotis vel assignamenti, aut ex alia quacumque causa. Nec est pretermittendum quod singulis annis, in festo beati Remigii, tenetur dicta ecclesia solvere majori meo censum predictum apud Camphaing, si ibidem presens fuerit in festo predicto; et si ibidem presens non fuerit, ego teneor mittere nuntium meum proprium ad curiam eorum quam habent apud Camphaing, propter censum predictum; quem si festo predicto non solverit, census duplicabit, nec aliud petere potero ab ipsa ecclesia nomine emende pro defectu solutionis census antedicti. In cujus rei testimonium, presentem cartam, ut contenta in eadem robur obtineant firmitatis, sigillo meo feci roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. II°, mense ..... [1].

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 173.

642.

Le châtelain de Tournai approuve la vente d'un bois à Longuesauch, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jean de Rume et sa femme.

Mai 1252.

Actum anno Domini M°. CC°. LII°, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 115 [2].

[1] Le nom du mois n'a pas été transcrit dans le cartulaire de Bruxelles, qui est seul à nous faire connaître la présente charte.

[2] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai,* par A. d'Herbomez, t. II, p. 102.

643.

Le chevalier Jean de Rume et sa femme Béatrix vendent à l'abbaye de Saint-Martin treize bonniers du bois de Rume, vers Taintegnies.

Mai 1252.

Ego Johannes de Ruma, miles, filius domini Balduini dicti Karon, domini de Ruma, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego et Beatrix, uxor mea, vendidimus bene et legitime ecclesie Beati Martini Tornacensis tredecim bonaria nemoris, paulo plus vel minus, ad magnam virgam comitis Flandrensis, jacentia versus Tintegnies, in nemore de Ruma, juxta nemus quod dicta ecclesia emit a Matheo de Hera juniore et Maria, ejus uxore, quod nemus de domino Arnulpho, domino de Mauritanea et castellano Tornacensi, tenebamus in feodum, quodlibet bonarium nemoris pro quadraginta libris Flandrensis monete, sicut in litteris predicti Arnulfi, domini mei, super hoc confectis et jam dicte ecclesie collatis plenius continetur; quam pecuniam dicta ecclesia mihi integre in parata et numerata pecunia persolvit. Insuper ne occasione venditionis predicte, nominata ecclesia dampnum aliquod sustineret, promisi quod si ipsa ecclesia occasione dicte venditionis dampnum aliquod sustineret, ego sepedicte ecclesie dampnum illud integre restituerem quod se sustinuisse, abbatis ejusdem loci verbo simplici, eadem ecclesia demonstraret. Et omnia et singula, sicut superius sunt expressa, fide et sacramento spontanee prestitis, me promisi servaturum. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentes litteras sepedicte ecclesie contuli, sigilli mei munimine confirmatas.

Actum anno Dominice incarnationis M°. CC°. L°. secundo, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 117.

644.

L'official de Tournai constate la vente de treize bonniers du bois de Rume, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Jean de Rume, et déclare qu'Élisabeth, la mère dudit chevalier, et Béatrix, sa femme, ont renoncé à tous les droits qu'elles pouvaient avoir sur ces treize bonniers de bois.

Mai 1252.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constituti Johannes de Ruma, miles, filius domini Balduini dicti Karon de Ruma, militis, et Beatrix, ejus uxor, recognoverunt se bene et legitime vendidisse ecclesie Beati Martini Tornacensis tredecim bonaria nemoris, paulo plus vel minus, ad magnam virgam comitis Flandrensis, jacentia juxta nemus dicte ecclesie, quod emit dicta ecclesia a Matheo de Hera juniore et Maria, ejus uxore, quod nemus tenebant in feodum a domino Arnulpho, castellano Tornacensi, et quodlibet bonarium pro quadraginta libris Flandrensis monete, de quibus recognoverunt sibi in parata et numerata pecunia a dicta ecclesia fuisse satisfactum; renuntiantes exceptioni non numerate, non tradite vel deliberate pecunie. Quam venditionem tam Elizabet, mater dicti Johannis, quam Beatrix, predicta uxor ipsius Johannis, approbarunt et laudaverunt coram nobis propter hoc constitute, renuntiantes omni juri quod eis in dicto nemore competebat seu competere poterat, ratione dotis sive assignamenti, seu ex alia quacumque causa. Et promiserunt fide et juramento interpositis, quod in dicto nemore, ratione dotis sive assignamenti, seu ex alia quacumque causa, nichil juris decetero, per se vel per alium sibi vendicabunt vel vendicari procurabunt, nec querent artem sive ingenium per quod dicta ecclesia super eodem nemore molestetur, asserentes sub fide et juramento predictis, quod dicte venditioni spontanea voluntate consenserant, et quod nec vi nec metu inducte fuerant ad faciendam quitationem supradictam, et quod assignamentum equipollens eis

factum fuerat dicti assignamenti cui renuntiaverant, ad alia tredecim bonaria nemoris dicti Johannis in nemore de Ruina jacentia, juncta nemori vendito supradicto. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Actum anno Dominice incarnationis M°. CC°. L°. secundo, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 118.

645.

L'abbé et les moines de Saint-Martin arrentent à Robert Cosine, en présence des échevins de Tournai, une maison qui appartenait à leur monastère, sur le Marché de cette ville.

Mai 1252.

Çou sacent chil ki cest escrit veront et oront, ke li segneur de Saint Martin ont werpit et dounet à rente à Robiert Cosine une maison de le helde Saint Martin, tout ensi que chille maisons siet devant et derière, sur le Markiet, entre le maison Isabiel Hukete (?) et le maison Bauduin Paiele. De cest iretage. si com il est només, doit Robiers Cosine as segneurs et à le glisse de Saint Martin VIII lib. de Parisis de rente iretavle, parmi (?) les V sous à le saint Rémi de cens, et XXXV s. à le Tousains, et XL s. au Noël, et XL s. a Pasques, et XL sous à le saint Jehan. Et si doit Robiers Cosine metre XX lib. en l'esmioudremence de l'iretage, deuens IIII ans, de le saint Jehan ki vient proismainement en II ans les X lib., et deuens les autres II ans sivans apriés X lib , parmi le dit de carpentiers et de maçons. Et si ne puet Robiers, ne si oir, ne autres à qui li iretages viegne, ne par eskéance ne par acat, nule rente ne vendre, ne douner, ne acroistre [....... au]tre que le rente Saint Martin. Et por çou que çou soit ferme cose et estable, si en est cirografies fés et livrés en le main des eskievins : Gilles Pasquins, Jehans Colemers, Jehans Tourete, Jehans Tiebegos, Gilles Kieville, Henris Aletake, Baude Pipars; tout cist i furent com eskievin.

En l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. et CC. et ciunquante et II, el mois de mai.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; original en forme de charte-partie.

646.

L'abbé et les moines de Saint-Martin arrentent à Baudouin Paiele, en présence des échevins de Tournai, une maison appartenant à leur monastère, dans cette ville, sur le Marché.

Mai 1252.

Çou sacent chil ki cest escrit veront et oront, que li segneur de Saint Martin ont werpit et dounet à rente à Bauduin Paiele le desraine maison de le helde Saint Martin, tout ensi com ille siet devant et derière, sur le Markiet, entre le maison Jehan le Pinier et le maison Robiert Cosine. Et de cest iretage, si com il est només, doit Bauduins Paiele as segneurs et à le glisse de Saint Martin VI lib. de Paresis de rente iretavele par an; s'en doit les V s. à le saint Remi de cens, et XXXV s. au Noel, et XL s. à Pasques, et XL s. à le saint Jehan. Et si doit Bauduins Paiele metre X lib. d'esmioudremence sor cel iretage, de le saint Jehan ki vient procainement en II ans, parmi le dit de carpentiers et de maçons. Et si ne puet Bauduins Paiele ne si oir, ne autres à qui chil iretages viegne, ne par eskéance, ne par acat ne autrement, nule rente ne vendre ne douner, ne acroistre dele sur cel iretage à autrui que à le glisse Saint Martin. Et por çou que çou soit ferme cose et estable, si en est cirografies fés et livrés en le main des eskievins : Gilles Pasquins, Jehans Colemers, Jehans Tourete, Jehans Tiebegos, Henris Aletake, Gilles Kieville, Baude Pipars; tout cist i furent com eskievin.

En l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. et CC. et LII, el mois de mai.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; original en forme de chirographe. — Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de la Cité, layette de 1252; chirographe original sur parchemin.

647.

Fastré, seigneur de Dameries, se reconnaît l'homme lige de l'abbaye de Saint-Martin pour cinq bonniers de terre à Grandmetz.

Juin 1252.

Jo Fastrés, sires de Dameries, cevaliers, fac savoir à tous cials ki ces letres veront et oront, que jo sui hom liges l'abbet et le glise de Saint Martin de Tornai, de ciunc boniers de tiere que li abbés et li glise devant dit ont doné à moi et à mon oir hiretablement; liquele tiere gist en le parroche de Granmès, en un liu que on apiele à Bierrikesne. Et si fac asavoir que jo ai otroiet, et à çou ai oblegiet moi et mes oirs, que jo et mes oirs apriés mi à tos jors, cil ki sera sires de Dameries, tenromes cest fief, et en soiens home à l'abbé et à le glise devant dis. Et por çou que ce soit ferme cose et estable, jo en ai doné ceste cartre saielée de men seel à l'abbé et à le glise devant dite.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et LII, el mois de jun.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 34; original scellé en cire verte, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 343; *Ibidem*, Cartulaire 128, fol. 2ª, copie du XIVᵉ siècle.

648.

L'official de Tournai déclare que Jacques Carbon, clerc, a vendu à l'abbaye de Saint-Martin une rente et un cens qu'il possédait à Tournai, dans la rue des Aveugles, en la paroisse de Saint-Piat.

Jeudi 26 septembre 1252.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia consti-

tutus Jacobus, clericus, dictus Carbons, recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Martini Tornacensis XXXII sol. et duos denarios Flandrensium, et tres capones annui redditus, et quatuor denarios Flandrensium annui census, quos habebat idem clericus in parrochia Sancti Piati Tornacensis, ut dicitur, in vico Cecorum, et hoc pro xx^ti duabus libris de quibus idem clericus recognovit sibi ad plenum fuisse satisfactum, in pecunia parata et numerata, ab ecclesia supradicta; quem redditum cum censu eidem ecclesie werpivit et effestucavit coram nobis, nichil juris sibi retinens in eisdem. Insuper Maria, soror dicti clerici, Henricus, ejus maritus, et Lebertus Rufus dictam venditionem approbaverunt et laudaverunt, propter hoc in nostra presentia constituti. In cujus rei testimonium, litteras presentes ad instantiam dicti clerici eidem ecclesie contulimus, sigillo sedis Tornacensis sigillatas.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. II°, feria v^a post beati Mathei apostoli.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 61.

649.

Les chevaliers Mahiu de le Val, Gilles de Dors et Fastré de Dameries ménagent un accord entre le seigneur de Ligne et l'abbaye de Saint-Martin, à l'occasion des droits de justice à Buissenal.

Octobre 1252.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LII, el mois d'uitembre.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 17; original scellé de six sceaux, pendants sur lacs de soie verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 138; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 13^a [2].

[1] Il est maintenant à peu près impossible d'utiliser cet original.

[2] Cette charte est publiée dans les *Bulletins de la Société historique de Tournai*, VII, 290.

650.

Les échevins de la Cité de Tournai déclarent qu'en léguant à Marie de Ries une rente de cent douze sous Parisis, assise sur une maison de la rue Saint-Martin à Tournai, Evrard le Tailiere a voulu qu'il soit prélevé chaque année sur cette rente une somme de trente sous Parisis en faveur de l'abbaye de Saint-Martin.

25 novembre 1252.

Ce sacent tout cil ki or sunt, et ki avenir sunt, et cest escrit veront et oront, que Esvrars li Tailieres a doneit por Deu et en aumosne, apriés sen déciés, et werpit à Mariien de Ries, cent et XII s. de Paresis de rente cascun an so (*sic*) l'iretage Giselin le Cordier. ki siet en le rue Saint Martin, derrière le maison Esvrart devant dit; sau çou c'on en doit cascun an à l'abeie Saint Martin de rente XXX s. de Paresis et un fierton; et Maroie devant nomée a le remanant. Et apriés le déciés de Mariien, revienent cil cent s. et XII de Paresis au pain et à le car des povres, sau çou ke Saint Martins a se rente, ensi con ele est devant devisée. Et si a Esvrars doneit et werpit por Deu et en aumosne, apriès sen déciés, à le caucemente et à le fiule des povres, XVI s. d'Artisiens de rente cascun an, sor un hosteil ki siet devant l'abeie Saint Martin, là ù Phelippres meint. Et si a Esvrars doneit et werpit por Deu et en aumosne, apriés sen déciés, trestout sen hyretage et toute se tiere, quanqu'il en a, à Jehanein se niécein, par si ke Jehene en laira tenir à Juliene, se mère, le moitiet tant ke ele vivera; et apriés le déciés de Juliene. trestous li hyretages et toute li tiere revienent entirement à Jehanein devant dite, tout ensi con il est devant deviseit. Et por çou ke ce soit ferme et estable, si en a Esvrars fait faire un cyrographe, et deviseit en trois parties; si en a doneit à warder les eskievins de Tornai le moïene partie. et l'autre à Mariien de Ries, et le tierce à Jehanein devant dite.

Ce fu fait devant les eskievins de Tornai : Gillion Kieville, Willaume Dellai, Gillion Pasquin, Jehan Colemer, Jehan Torete, Jehan Tibegot, et Bauduin Pipart, par l'otroi de Juliene, ki fille est Esvrart et mère à Jehanein

devant nomée, l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. et CC. et L. et deus, el mois de novembre, le jor sainte Katerine.

Cis asenemens est fais sauves les droitures de le Cité.

Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de la Cité, layette de 1252; chirographe original sur parchemin.

651.

L'official de Tournai constate la vente de deux bonniers de terre à Evregnies, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Thierri de Pecq et sa femme Marguerite.

Novembre 1252.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia constituti propter hoc Terricus de Pesc, miles, et Margareta, ejus uxor, recognoverunt se bene et legitime vendidisse, ecclesie Beati Martini Tornacensis, duo bonaria et septem virgas terre sue jacentis in parrochia de Evregnies, quodlibet bonarium ad valorem triginta lib. Flandrensium, de qua pecunia recognoverunt sibi in parata et numerata pecunia a dicta ecclesia fuisse satisfactum; renunciantes expresse exceptioni pecunie non solute. Dicta vero Margareta dicte ecclesie quitavit et quitum clamavit omne jus quod ei competebat vel competere poterat in ipsa terra, ratione dotis sue sive assignamenti, seu alio quoquo modo; promittens fide et juramento interpositis, quod in eadem terra, ratione dotis sue seu assignamenti sui, sive alio quoquo modo, nichil juris per se vel per alium sibi de cetero vendicabit, vel vendicari procurabit. Asseruit etiam dicta Margareta, sub fide et juramento predictis, quod dictam quitationem spontanea voluntate faciebat, et quod nec vi nec metu inducta fuerat ad ipsam faciendam, et quod in recompensationem dotis sue assignamentum aliud ei fecerat ad aliam terram equivalentem,

emptam ex pecunia supradicta, scilicet ad quatuor bonaria terre sue jacentis in parrochia de Nechin. Concesserunt etiam tam dictus Terricus, miles, quam ejus uxor predicta, quod si contra premissa vel aliquod premissorum venirent, quod nos de ipsis justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuerunt jurisdictioni, ubicumque commorentur. In cujus rei testimonium, litteras presentes dicte ecclesie contulimus, ad petitionem dictorum Terrici et Margarete, ejus uxoris, sigillo sedis Tornacensis sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. secundo, mense novembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 241.

652.

L'official de Tournai déclare que Jean Baccler, Jeanne, sa femme, et Colard, son beau-frère, ont renoncé à tous les droits qu'ils peuvent avoir sur six bonniers de terre à Esplechin, vendus à l'abbaye de Saint-Martin par Gilles de Roupi.

6 décembre 1252.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constituti Johannes dictus Bacelers, Johanna, ejus uxor, et Colardus, frater dicte uxoris, quitaverunt et quitum clamaverunt ecclesie Sancti Martini Tornacensis omne jus quod eis competebat seu competere poterat, ratione proximitatis seu alia ex quacunque causa, in sex bonariis et uno quartario parum plus vel minus terre, jacentibus in parrochia d'Esplecin; quam terram dicta ecclesia emerat, ut dicebatur, ab Egidio de Roupi; quam etiam terram dicta uxor repetierat, ut dicebatur, coram domino et scabinis d'Esplecin, ratione proximitatis quam dicebat se habere in eadem terra sub quorum juridictione jacebat dicta terra. Et promiserunt dicti Johannes,

Johanna, ejus uxor, et Colardus, fide et juramento interpositis, quod in eadem terra ratione proximitatis, sive a[liquo alio] modo, nichil juris per se vel per alium de cetero vendicabunt, vel vendicari procurabunt, nec eandem ecclesiam super eadem terra molestabunt vel molestari procurabunt; concedentes [quod si contra] premissa vel aliquod premissorum venirent, quod nos de ipsis justiciam faciamus; et quantum ad hoc se nostre supposuerunt juridictioni, ubicunque commorentur. Insuper dicta Johanna sub fide et juramento prestitis asseruit quod dictam quitationem spontanea voluntate faciebat, et quod nec vi nec metu in[ducta fuerat] ad ipsam faciendam. In cujus rei testimonium, litteras presentes, ad instantiam dictorum Johannis, Johanne, ejus uxoris, et C[olardi], sigillo sedis Tornacensis ecclesie contulimus sigillatas.

Actum in festo sancti Nicholai, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original scellé en cire brune sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 162, copie du XIIIe siècle avec date incomplète.

653.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à un nommé David, en présence des échevins du Bruille à Tournai, deux maisons qu'elle possédait en la rue Châtelaine, audit Tournai.

Juin 1253.

Çou sacent tot cil ki cest escrit veront et oront, ke li glise de Saint Martin de Tornai a donet II maisons ke li glise avoit en le rue le Castelaine, derrière le maison Chokete, à rente perpétuel à David, parmi XXXVI s. de Flamens, de tele monoie ki corra à rentes communément; lesqueus XXXVI s. Davis doit païer, à le saint Rémi III s. de cens, au Noel XI s., à Pasces XI s., à le saint Jehan XI s. Et deseure çou Davis doit païer dèmi lot d'argent ke ces

maisons doivent el castiel de rente. Et Davis ne ses oirs ne puet autre rente ne vendre ne maitre sor les maisons devant dites, ke les xxxvi s. devant només. Et por cele rente enforcier, si en a Davis asenée le glise à x s. de rente ke il avoit sor le maison Polon, ki siet dalès les maisons devant nomées. Et por çou ke ce soit ferme cose et estable, si en est fais chyrografes et livrés en le main des eskievins. Et si i furent com eskievin, tot cist : Watiers de Veson, Jehans Matons, Jehans de Buillemont, Pieres de Quarte, Jehans li Boursiers, Jakemes del Castiel, Amourris Anaite.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. et CC. et LIII, el mois de gieskeraic.

Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de la Cité, layette de 1253; chirographe original sur parchemin.

654.

L'official de Tournai constate que Roger de Bauduimont et sa femme, Maria, ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin le terrage de neuf quartiers de terre, que ledit Roger tenait en fief de l'abbé de Saint-Martin.

Jeudi 3 juillet 1253.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constituti Rogerus de Bauduimont et Maria, ejus uxor, recognoverunt se bene et legitime vendidisse, ecclesie Beati Martini Tornacensis, terragium novem quartariorum terre quod tenebat dictus Rogerus in feodum de abbate ecclesie predicte, et etiam omne jus quod eis competebat in predictis. Et dicta Maria eidem ecclesie quitavit et quitum clamavit omne jus quod ipsi Marie, ratione dotis vel assignamenti, seu alio quoquo modo competebat seu competere poterat in premissis; promittens fide et juramento interpositis,

quod in predictis, ratione dotis, assignamenti, seu alio quoquo modo, per se vel per alium nichil juris sibi de cetero vendicabit vel vendicari procurabit, asserens sub fide et juramento predictis quod dictam quitationem spontanea voluntate faciebat, et quod nec vi nec metu inducta fuerat ad ipsam faciendam. In cujus rei testimonium, litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem Rogeri et Marie, ejus uxoris, predictorum.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. tercio, feria v^a post apostolorum Petri et Pauli.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 252.

655.

L'official de Tournai constate le don fait à l'abbaye de Saint-Martin par maître Olivier, et ratifié par la mère et les frère et sœur du donateur, d'une rente assise sur un manse de la rue Saint-Martin, à Tournai.

Samedi 22 novembre 1253.

Universis presentes litteras inspecturis, magister W ..... de Duaco, clericus et officialis domini Tornacensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod magister Oliverus, filius quondam Oliveri de Sancto Martino, in nostra propter hoc presentia constitutus, contulit ecclesie Sancti Martini Tornacensis, in puram elemosinam, viginti solidos Parisiensium annui redditus, solvendos in perpetuum eidem ecclesie duobus terminis, videlicet, in Nativitate Domini decem solidos dicte monete, et alios decem solidos in Nativitate beati Johannis Baptiste sequenti; quos assignavit dicte ecclesie dictus Oliverus percipiendos ad totum mansum quem habebant Beatrix, mater dicti magistri, et ejus liberi,

[1] Cet original est si délabré qu'il n'a pu nous servir.

inter domum suam lapideam et domum Agnetis Galet, in vico Sancti Martini Tornacensis, sicut sedet superius et inferius, super quem mansum dicta ecclesia viginti solidos habebat annui redditus monete supradicte. ut dicebat. Quam elemosinam, collationem sive assignationem dicti redditus concesserunt. approbaverunt et laudaverunt Beatrix, mater dicti magistri Oliveri, Juliana, soror dicti magistri et filia dicte Beatricis, et Arnulphus, ipsius Juliane maritus, et Henricus, frater dicti magistri Oliveri et dicte Beatricis filius, in nostra propter hoc presentia constituti; promittentes fide et juramento corporaliter prestitis, quod contra dictam elemosinam, collationem sive assignationem, per se vel per alium non venient nec venire procurabunt, nec ipsam ecclesiam impedient quominus percipere possit pacifice et quiete ipsum redditum, prout est supradictum; concedentes quod si contra premissa vel aliquod premissorum venirent, quod nos de ipsis vel de ipso qui contra veniret justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuerunt juridictioni, ubicunque commorentur. In cujus rei testimonium, litteras presentes ad petitionem dictorum magistri Oliveri, Beatricis, Juliane, Arnulphi et Henrici. sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. tercio, sabbato ante beate Katerine.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 40.

656.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à un nommé Adam de le Fontaine, en présence des échevins du Bruille, à Tournai, un bonnier de terre qu'elle possédait à Constantin.

Février 1254.

Ce sacent tout cil ki or sunt et ki avenir sunt, ki cest escrit veront et oront, ke li glise de Saint Martin de Tornay a dounet à rente perpétuel, à

Adan de le Fontaine, un bonier de terre ki gist ensi k'on va à Constentaing, sierant as Marlières, parmi XIX s. et un d. de Flamens, de tele mounoie ki courra as rentes en Tornay coumunement, à paier cascun an, X s. au Noel et IX s. à le saint Jehan, et un d. de cens à le saint Rémi. Et pour çou ke li glise soit de se rente plus seure, si l'en a Adans asenée à XII s. de Parisis ke il a sour le maison Andriu Wimart, el Bruille.

Tout ensi Jehans de Pulle, li clers, pour VII quartiers et LV verges et demie de terre tenant à le terre Mahiu, doit à le saint Rémi VI d., al Noel XIIII s. et IX d., à le saint Jehan XIIII s. et IX d.. S'en a fait asenement de X s., de tele mounoie ki devant est noumée, sur se maison derière l'ostelerie del Bruille.

Aubiers de le Sauc pour un bonier de terre tenant à le Jehan de Pulle, doit à le saint Rémi XII d., al Noel VIII s., à le saint Jehan IX s.. Et pour demi bonier de terre ki gist desous l'Espine de Constentaing, vers Escaut, à le saint Remi III d., al Noel IIII s. et demi, à le saint Jehan IIII s. et demi. Et s'en a fait asenement sur se maison ki siet sur le fosseit el Bruille.

Et s'il avenoit cose ke Jehans et Willaumes et Mahius volsiscent muer et escangier, par le consentement de le glise, lor asenement, faire le pueent; mais ke li asenemens sour koi il aseneront le glise soit ausi souffisans ke fu li premerains. Et pour çou ke ceste cose soit ferme et estavle, si en fu fais cyrographes et livrés ès mains des eskievins del Bruille, si keme Jehan de Buillemont, Pieron de Quarte, Jehan Maton, Amorri Anete, Wauton de Veson, Jakemon del Castiel, Jehan le Borsier; tout cist i furent kom eskievin.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. et CC. et LIII, el mois de février.

Li asenemens que Aubiers de le Sauc a fait à le glise de Saint Martin est as us et as costumes delle ville del Bruille.

Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de Saint-Brice, layette de 1253; chirographe original sur parchemin.

657.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à Théri le Carpentier, en présence des échevins du Bruille, à Tournai, un bonnier de terre qu'elle possédait à Constantin.

Février 1254.

Ce sacent cil ki or sont et ki avenir sont, ki cest escrit veront, ke li glise de Saint Martin de Tornai a donet à rente perpétuel à Terri le Carpentier un bonier de terre, pau plus pau mains, liquele terre gist desous l'Espine de Costentaing, vers Escaut, parmi xiii s. viii d. de Flamens de tele monoie ki courra as rentes en Tornai communément, à paier à cascun an, iiii d. de cens à le saint Remi. al Noel vi s. et viii d., et à le saint Jehan vi s. et viii d.. Et por çou que li glise de Saint Martin devant dite soit de se rente plus seure, si l'en a Theris devant dis asenée de xii s. de rente de le monoie devant dite, sor i cambre en le rue le Castelaine, tenant à le maison Daniel ki se fille a.

Tot en tel manière Jehans des Bailles, pour i bonier de terre, pau plus pau mains, tenant à le Téri devant dit, doit à le saint Rémi iiii d. de cens, al Noel vi s. et viii d., et à le saint Jehan vi s. et viii d., de tele monoie ki devant est dite. S'en a fait asenement de xii s. de rente sor iii osteus tenans à le maison Andriu des Prés.

Tot ansement Colars de Comines, por i bonier de terre, pau plus pau mains, tenant à le Jehan des Bailles, doit à le saint Remi iiii d. de cens, al Noel vii s , et al le saint Jehan vii s., de tele monoie ki devant est dite. S'en a fait asenement de xii s. de rente sor se cambre ki tient à celi là ù il maint.

Tot ensement Jehans Vulesteke, pour i bonier et demi de terre tenant à le Colart devant dit, doit à le saint Remi vi d. de cens, al Noel x s. et ii d., et à le saint Jehan x s. et ii d., de tele monoie ki devant est nomée. S'en a fait asenement de xii s. de rente sor se manage as Bailles.

Et s'il avenoit cose que Téris, et Jehans, et Colars, et Jehans, volsisent muer et escangier par le consentement de le glise leur asenement, faire le

puent; mais que li asenemens sor quoi il aseneront le glise soit ausi soufisans que li premerains. Li asenement ki ci sont nomet sont as us et as costumes de le ville del Bruille. Et por ço que ceste cose soit ferme et estavle, si en fu fais cyrographes, et livrés ès mains des eskievins del Bruille, si comme : Jehan de Buillemont, Pieron de Quarte, Jehan Maton, Amorri Anete, Wauton de Veson, Jakemon del Castiel, et Jehan le Borsier, eskievin del Bruille.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. CC. et LIII, el mois de février.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; chirographe original sur parchemin. — Tournai, Archives communales, Fonds des chirographes de Saint-Brice, layette de 1253; chirographe original sur parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1037.

658.

L'official de Tournai constate qu'Alard du Molinel, chevalier, a ratifié la vente de six bonniers de terre à Esplechin, jadis faite par son père à l'abbaye de Saint-Martin.

Février 1254.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constitutus Alardus del Molliniel, miles, venditionem seu collationem sex bonariorum terre jacentis apud Esplecin, quam Th ..... quondam, ipsius Alardi pater, fecit ecclesie Sancti Martini Tornacensis, approbavit et laudavit; promittens fide et juramento interpositis, quod ipsam venditionem seu collationem de cetero firmiter observabit, prout in carta castellani Tornacensis super hoc confecta continetur, et quod contra ipsam de cetero, per se vel per alium, non veniet nec venire procurabit; concedens quod si contra veniret, quod nos de ipso justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre

supposuit jurisdictioni, ubicumque commoretur. In cujus rei testimonium, litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari, ad petitionem Alardi supradicti.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. tercio, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 155.

659.

L'official de Tournai constate que Jeanne d'Ere a donné à l'abbaye de Saint-Martin, du consentement de ses frères et sœur, cinq maisons situées dans la rue devant l'abbaye, à Tournai.

Lundi 9 mars 1254.

Universis ad quos presentes litteras pervenire contigerit, magister W. de Duaco, clericus et officialis domini Tornacensis. in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, quod Johanna de Era, coram nobis propter subnotata et in jure constituta, presentibus fratribus suis, videlicet : Johanne, Jacobo, et Maria, eorum sorore, contulit et concessit in puram elemosinam ecclesie Sancti Martini Tornacensis quinque hospicia sua, que habebat dicta Johanna in vico ante abbatiam Sancti Martini predicti, sicut dicta Johanna dicebat coram nobis, cum gardino et tota hereditate, sicut se habet ante et retro, in perpetuum habendum et possidendum libere et absolute, et quicquid juris habebat vel habere poterat quacumque ratione in premissis. Promittentes tam dicta Johanna quam ejus fratres et soror predicta, fide et juramento corporaliter prestitis coram nobis, quod de cetero in dictis hospiciis, gardino cum hereditate predicta, sicut se habet, ut predictum est, nichil juris per se reclamabunt nec reclamari per alium procurabunt, nec dictam ecclesiam per se super predicta collatione molestabunt coram judice ecclesiastico seu civili, vel molestari per alium ex parte sua procurabunt. Quod si facerent, concesserunt se posse a nobis ad desis-

tendum, tam dicta Johanna quam ejus fratres et soror predicta, per excommunicationis sententiam compelli, et quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supposuerunt, renunciantes omni exceptioni et defensioni tam canonici quam civilis, scripti et non scripti, et omni alii exceptioni que ipsi Johanne, ejus fratribus et sorori, contra premissa competit vel competere posset in futurum. In cujus rei testimonium et firmitatem, presentes litteras, ad petitionem et instantiam dictorum Johanne, ejus fratrum et sororis predictorum, sigillo sedis Tornacensis fecimus roborari.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. III°, feria II^a post Reminiscere.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 62.

660.

Le pape Innocent IV dispense l'abbaye de Saint-Martin de l'obligation de partager ses bénéfices ecclésiastiques avec qui que ce soit, sans un ordre spécial du Saint-Siège.

Au Latran, le 31 mars 1254.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Paci et tranquillitati vestre paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis, compelli non possitis per litteras apostolicas non facientes plenam de indulgentia hujusmodi mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Laterani, II° kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XI°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 415.

[1] Il est à peu près impossible aujourd'hui d'utiliser cet original.

661.

Le pape Innocent IV charge l'écolâtre de Tournai de faire respecter la bulle par laquelle il a dispensé l'abbaye de Saint-Martin de l'obligation de partager ses bénéfices ecclésiastiques, à moins d'un ordre spécial du Saint-Siège.

Au Latran, le 31 mars 1254.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio scolastico Tornacensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Paci et tranquillitati dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate apostolica eis duximus indulgendum, ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis, compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam de ipsa indulgentia mentionem. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus non permittas ipsos contra concessionis nostre tenorem super his ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante si aliquibus a sede apostolica est indultum quod interdici, suspendi et excommunicari non possint per litteras apostolicas in quibus de indulto hujusmodi mentio non habetur.

Datum Laterani, II kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XI°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 410.

662.

Le seigneur de Rolleghem abandonne à l'abbaye de Saint-Martin les deux tiers de ses droits sur la partie récemment défrichée du bois de Ledeghem, se réservant l'autre tiers pour en distribuer le produit aux pauvres de Ledeghem, ou pour faire célébrer l'anniversaire des morts en la paroisse dudit Ledeghem.

Juillet 1254.

Ego Anselmus, miles, dominus de Rolleinghem, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum controversia verteretur inter me, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ex altera, super decima novalium nemoris mei jacentis in parrochia de Ledenghem, quam decimam percipiebam et jamdiu perceperam, et quam dicti abbas et conventus dicebant esse suam, et ad ipsos ratione personatus pertinere; tandem, post multas altercationes habitas inter me et ipsos, de consilio proborum, intellexi me nullum jus habere in dicta decima. Quapropter omne jus quod in dicta decima mihi vel heredibus meis ad presens competebat, vel competere poterat in futurum, intuitu pietatis, ipsis abbati et conventui benigne quitavi et remisi; promittens fide et juramento corporaliter prestitis a me, quod de cetero dictos abbatem et conventum, super dicta decima, per me vel per alium non molestabo seu molestari procurabo, sed dictos abbatem et conventum pacifice et quiete permittam gaudere de eadem et percipere tanquam suam; hoc tamen salvo quod ipsi abbas et conventus mihi et heredibus meis concesserunt terciam partem decime supradicte, ad distribuendum pauperibus de Ledenghem, seu ecclesie dicti loci, vel in anniversariis mortuorum dicte parrochie erogandam, de consilio abbatis et conventus predictorum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo meo proprio dictis abbati et conventui tradidi roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. IIII°, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 306.

663.

L'official de Tournai constate que Jacques Carbon, clerc, a vendu à l'abbaye de Saint-Martin une rente annuelle de dix-sept sous de Flandre, assise sur deux maisons de la rue des Aveugles, à Tournai.

Septembre 1254.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra. quod in nostra propter hoc presentia constitutus Jacobus, clericus, dictus Carbons, recognovit se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Martini Tornacensis decem et septem solidos Flandrensium annui redditus, quem habebat supra duas masuras sitas in vico Cecorum, Tornaci, quarum Johannes de Landast tenet unam, Johannes dictus Carbons et Juliana li Saintefame aliam, ut dicebat, et hoc pro undecim libris Flandrensium, de quibus satisfactum sibi fuisse in parata et numerata pecunia a dicta ecclesia recognovit; quem redditum eidem ecclesie werpivit et effestucavit coram nobis, nichil juris in eodem redditu sibi retinendo. Et promisit dictus clericus quod in dicto redditu nichil juris per se vel per alium de cetero reclamabit; et hoc, fide et juramento prestitis, concedens quod si contra veniret, quod nos de ipso justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuit jurisdictioni, ubicunque commoretur. In cujus rei testimonium, litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari. ad petitionem Jacobi supradicti.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. IIII°, mense septembri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 63.

[1] Il est actuellement très difficile d'utiliser cet original.

664.

Baudouin le Caron, seigneur de Rume, publie les conditions d'un accord conclu entre l'abbaye de Saint-Martin et Mahiu de Marke, à l'occasion de certains rejets du ruisseau de Ries, et déclare que ledit Mahiu a ratifié la vente de dix-sept bonniers de bois et de huit bonniers de terre à Taintegnies, jadis faite par Mahiu d'Ere le jeune, son père, à l'église de Saint-Martin.

Octobre 1254.

Jo Bauduins li Carons, sires de Rume, fac savoir à tous cials ki ces lettres veront et oront, que voirs est que contens estoit entre Mahiu de Marke, men home, ki fils fu monsegneur Mahiu d'Ere le jouene, d'une part, et le glise Saint Martin de Tornai d'autre, si cum de çou que Mahius calengoit et disoit que li glise Saint Martin tenoit et avoit entrepris des regiés ki entre le mollin mensegneur Gille d'Ere et le manage ki fu segneur Gérart Crokin sunt, desous les quatre moulins de Ries, lesquels regiés Mahius devantdis disoit qu'il estoient et devoient estre de le justice de Cerk et de Tintegnies, lequele il tenoit de mi en fief, et prioit à mi cum à sen segneur, et requéroit que jo li fesise avoir cerkemanage contre le glise Saint Martin. A le pardefin Mahius, ki només est, trova à sen consel à preudomes et à bones gens que il ces coses devantdites calengoit et avoit calengiet sans droit et sans raison, et si reconeut devant mi et devant mes homes, ses pers, que nul droit n'i avoit ne avoit eut, et de ço qu'il en avoit le glise molestée et traveillié, à tort l'avoit fait, et dolans en estoit; et promist devant mi et devant mes homes, ses pers, par foit fiancié et par saierement, que jamès nient n'i réclameroit ne feroit réclamer, ne le glise n'en travelleroit, ne par lui ne par autrui, ains l'en lairoit goïr ensi cum de sen droit et en quite pais, et maintenir en tel manière que li glise l'avoit tenu et maniet au tans de sen père et de lui.

Et si reconnut Mahius, ki dis est, le vendage de XVII boniers de bos et VIII boniers de terre ki gist vers Tintegnies, ensi cum il est contenu en me cartre que li glise devantdite a de cel vendage que ses père fist à le glise,

lequel bos et lequele terre li glise ki dite est tient de mi à cens, ensi cum il est contenu en me cartre, que il estoit vendu par loi et par jugement si bienfaitement que il bien savoit que nul droit n'i avoit. Et promist et craanta par foit et par saierement, que jamès droit n'i réclameroit, ne l'église n'en travelleroit ne par lui ne par altrui. Et por çou que ce fust fermement tenu et wardé à le glise, totes ces coses, ensi cum eles sunt contenues en ceste cartre, reconneut Mahius, ki devant est només, par devant mi de qui il réclamoit ces coses à tenir, et par devant mes homes, que il droit n'i avoit, et me pria et requist de se bone volenté que jo en donase mes lettres à le glise, en non de tesmognage de ço que ces coses fuscent ensi faites et reconeutes, que li glise n'en peust estre molestée.

Et çou fu fait en me cort, devant mes homes, en l'an de l'incarnation M°. CC°. et LIIII, el mois d'uitembre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 112.

665.

Le pape Alexandre IV dispense l'abbaye de Saint-Martin d'observer les statuts qui sont venus successivement aggraver la règle primitive de saint Benoit.

Naples, 27 décembre 1254.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione multum sit rigida, difficilis atque gravis, fueruntque postmodum per felicis recordationis Gregorium papam, predecessorem nostrum, et quosdam alios, auctoritate sedis apostolice quam legatorum ipsius superaddita statuta gravia, diversarum personarum adjectione vallata, ne contingat sub tantis oneribus deficere oneratos, pro-

videre super hec paterna sollicitudine curaremus. Attendentes igitur quod expedit calamum quassatum non conteri, et in erasione eruginis vas non frangi, devotionis tue precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus, ut super observatione statutorum ipsorum que de tue substantia regule non existunt, tu ac successores tui, cum monasterii tui ejusque membrorum monachis presentibus et futuris, libere dispensari possitis; hiis casibus duntaxat exceptis super quibus in eadem regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super penis adjectis et irregularitatibus quas tui subditi hactenus incurrerunt, vel incurrent de cetero, eosque absolvendi ab interdicti, suspensionis seu excommunicationis vinculo, quo ipsos ob transgressiones premissorum statutorum involvi contingit vel continget, injuncta sic absolutis penitentia salutari, libera sit tibi et eisdem successoribus de nostra permissione facultas. Suppriori nichilominus monasterii tui, ac ipsius successoribus, concedendi tibi tuisque successoribus hujus dispensationis et absolutionis beneficio, si fuerit oportunum, indulgentes auctoritate presentium potestatem; non obstantibus aliquibus litteris ad venerabiles fratres nostros, Remensem archiepiscopum, et ejus suffraganeos, vel quoscunque alios, ab apostolica sede sub quocunque tenore directis, et processibus habitis per eosdem, de quibus forsitan oporteat fieri mentionem. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Datum Neapoli, VI° kalendas januarii, pontificatus nostri anno primo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, manuscrit coté 35 parmi ceux venus de Cheltenham, p. 214, copie du XVI[e] siècle.

666.

L'abbé de Saint-Martin reconnait au châtelain de Tournai le droit de haute justice sur trois bonniers de terre à Templeuve, tenus en fief de l'abbaye par Alard de Rume.

Janvier 1255.

L'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist mil CC. et LIIII, el mois de jenvier.

Paris, Archives nationales, J. 528, n° 4; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin [1].

667.

Le châtelain de Tournai déclare que c'est de son gré qu'Alard de Rume a fait hommage à l'abbaye de Saint-Martin pour une terre à Templeuve, antérieurement tenue en franc-alleu par Gontier de Mouchin.

Janvier 1255.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhesu Crist mil CC. et LIIII, el mois de genvier.

Lille, Arch. du Nord, Fonds de Château-l'Abbaye; original jadis scellé sur double queue de parchemin [2].

[1] Cette charte est publiée dans les *Layettes du Trésor des chartes*, par J. de Laborde, III, 225.

[2] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 105. La raison pour laquelle l'original de ce document se trouve aujourd'hui à Lille, aux Archives du Nord, dans le Fonds de Château-l'Abbaye, a été exposée dans le même ouvrage, t. Ier, p. 331 note 1.

668.

L'official de Tournai déclare qu'Amaury de l'Espesse et ses sœurs, Maria et Jeanne, ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin une rente annuelle de trente sous Parisis, et l'hommage que leur devait Gilles, fils de Willard d'Evregnies.

Lundi 1er février 1255.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod Amorricus de l'Espesse, Maria et Johanna, ejus sorores, in nostra propter subnotata constituti presentia, recognoverunt in jure se bene et legitime, vendidisse, secundum legem et consuetudinem patrie, ecclesie Sancti Martini Tornacensis, xxx sol. Parisiensium annui redditus, et homagium unius hominis ipsorum, scilicet Egidii, filii Willardi de Evregnies, et ejus heredum sive successorum, ac omne jus quod habebant in eodem vel habere poterant, quacunque ratione, pretio xxx[a] trium lib. Parisiensium, ipsis Amorrico et suis sororibus in numerata pecunia ex parte ipsius ecclesie solutarum, ut recognoverunt coram nobis; de quo redditu singulis annis habendo in futurum, et percipiendo ab eadem ecclesia in Nativitate Domini, dicti Amorricus et ejus sorores assignamentum fecerunt ipsi ecclesie ad tres quartarios terre sue et dimidium bonarium prati ipsorum, parum plus vel minus, sitorum in parrochiis de Evregnies et Sancti Leodegarii, ad locum qui dicitur Noelles, supra quam terram et pratum habebant dictum redditum annuum qui allodium est, et eandem terram cum prato tenent et possident ad presens Johannes de Tombis et heredes Symonis, fratris sui, mediante dicto annuo redditu, ut asseruerunt venditores coram nobis. Et promiserunt fide et juramento corporaliter prestitis ab eisdem, se contra hujusmodi venditionem, per se vel per alium non venturos, nec quod dictam ecclesiam, super dicto annuo redditu et homagio predicto, aliquatenus molestabunt nec procurabunt molestari; immo dictum redditum, cum dicto homagio legitime erga quoscumque, et jure ad ipsum homagium pertinente, in posterum garandizabunt, et permittent dictam ecclesiam dictum redditum cum ipso homagio

habere, tenere et possidere hereditarie, pacifice et quiete, et gaudere de eisdem sine aliqua reclamatione ab ipsis facienda; renunciantes sub fide et juramento predictis, omni juri quod habebant vel habituri erant in eisdem ad opus dicte ecclesie coram nobis; recognoscentes tamen dicte sorores quod ipsa pecunia in utilitatem et proprios usus suos totaliter est conversa. Juraverunt etiam coram nobis et fidem prestiterunt super hoc corporalem, quod ratione minoritatis non repetent beneficium restitutionis in integrum; concedentes ipsi venditores si contra premissa vel aliquod premissorum venirent, quod absit! vel ipsam ecclesiam in aliquo super antedictis molestarent, quod nos de ipsis justiciam faciamus, ubicunque commorentur, et ad desistendum, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam compellamus eosdem; renunciantes exceptioni non numerate et non tradite pecunie, omni defensioni, lesioni et beneficio juris quod sibi prodesse posset contra predicta, et dicte ecclesie obesse in futurum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis, ad petitionem dictorum venditorum fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. IIII°, in vigilia Purificationis beate Virginis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 345.

669.

Le châtelain de Tournai approuve la vente de biens à Longuesauch, Espain, etc., faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jean de Wavrechin, dit de Wasnes, et promet en outre à l'abbaye de lui garantir la libre jouissance de tout ce qu'elle possède dans la châtellenie de Tournai.

Juillet 1255.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 23; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 32; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 319, copie de 1685 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 108.

670.

L'official de Tournai constate que Willelmus Tonniau a vendu à l'abbaye de Saint-Martin une maison à Camphin, avec ses dépendances, pour laquelle il devait payer chaque année à Jean Hainau une redevance de deux rasières d'avoine, et qu'en compensation de cette redevance, l'abbaye en a assigné audit Jean Hainau une autre équivalente, à prendre sur la maison de Roland Carpentier.

Samedi 3 juillet 1255.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constitutus Willelmus, dictus Tonniaus, hospes Johannis dicti Hainau, recognovit se bene et legitime, secundum legem patrie, vendidisse ecclesie Beati Martini Tornacensis, et werpivisse, et reportasse in manu domni Thome, dicti Dierin, pitantiarii in ecclesia Sancti Martini predicta, ad opus et nomine ipsius ecclesie, quandam mansuram suam cum suis appendiciis, continentem circiter unum quartarium terre, sitam juxta curtem ipsius ecclesie apud Camphaing, coram dicto Johanne Hainau et hospitibus suis, scilicet : Symone de Scamaing, Jacobo Majore, Colardo de Fonte, et Waltero Pipenic, adhibitis sollempnitatibus omnibus que in talibus venditionibus et werpitionibus fieri consueverunt; et hoc pro quadam pecunie summa de qua sibi in parata et numerata pecunia recognovit fuisse satisfactum; renuncians expresse exceptioni pecunie non solute.

Johannes vero Hainaus predictus a quo dicta mansura tenebatur, et cui eadem mansura cum suis appendiciis in annuo redditu duarum raseriarum avene ad mensuram Tornacensem tenebatur, ut dicebat, ex parte una, et ecclesia Sancti Martini predicta, ex altera, sicut idem Johannes Hainaus et procurator dicte ecclesie recognoverunt coram nobis, inter se excambium fecerunt de predicto redditu in hunc modum, quod dicta ecclesia dicto Johanni Hainau de duabus raseriis avene annui redditus ad mansuram

Rollandi Carpentarii, que eidem ecclesie in totidem raseriis tenebatur, ut dicebat, fecit assignamentum in recompensationem redditus supradicti. Et dictus Johannes Hainaus in nostra propter hoc presentia constitutus, recognoscens se de predicto redditu esse sufficienter assignatum, quitavit liberaliter et benigne dicte ecclesie predictam mansuram que fuit Willelmi Tonniel supradicti, cum appendiciis ejusdem, hoc salvo quod dicta ecclesia ipsam mansuram cum suis appendiciis de dicto Johanne Hainau tenebit sub annuo censu duorum denariorum Laudunensium, eidem Johanni et suo successori, in festo sancti Remigii, annis singulis reddendorum. Willelmus vero predictus, fide et juramento interpositis, promisit quod in dicta mansura, per se vel per alium, nichil juris sibi de cetero vendicabit. Et concesserunt dicti Johannes et Willelmus, quod si contra premissa venirent, quod nos de ipsis justiciam faciamus, et quantum ad hoc se nostre supposuerunt juridictioni, ubicunque commorentur. In cujus rei testimonium litteras presentes eidem ecclesie contulimus, sigillo sedis Tornacensis sigillatas, ad petitionem Johannis et Willelmi predictorum.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. quinto, sabbato post apostolorum Petri et Pauli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 175.

671.

L'évêque de Tournai vidime et confirme la charte du châtelain de Tournai datée du mois de juillet 1255, et ratifie toutes les concessions que ce châtelain a pu faire à l'abbaye de Saint-Martin.

Novembre 1255.

W[alterus], Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra nos litteras viri nobilis Arnulphi, domini de

Mauritanea, castellani Tornacensis, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, vidisse in hec verba :

« Universis presentes litteras visuris, ego Arnulphus », etc. (*Suit le texte de la charte de juillet 1255, analysée sous le n° 669*).

Nos igitur venditionem et werpitionem dictarum terrarum factas ecclesie predicte a dicto Johanne de Wavrechin, milite, de consensu preposite et advocati predictorum, necnon dicti castellani, insuper consensum et confirmationem omnium bonorum sive possessionum que acquisivit ecclesia Sancti Martini predicta, vel adepta est usque ad datam litterarum dicti castellani quoquo modo, tam in terris, pratis, nemoribus, redditibus, decimis, justiciis et homagiis, quam aquis, elemosinis et mansionibus quibuscunque, et aliis bonis universis cum ipsorum omnium appenditiis, ubicunque consistunt, in potestate, dominio et tenemento ejusdem castellani, factos a sepedicto castellano ipsi ecclesie, secundum quod in predictis litteris plenius continetur expressum, ratos habemus et gratos, et ea omnia predicta eidem ecclesie, ad preces et instantiam ejusdem castellani, auctoritate pontificali confirmamus, et inhibemus ne castellanus vel alius contra predictas venditionem, werpitionem, et omnium aliorum bonorum confirmationem aliquatenus in posterum veniant, vel aliquid attemptare presumant, quod sit in prejudicium dicte ecclesie et gravamen. In cujus rei testimonium presentes litteras dicte ecclesie contulimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo quinto, mense novembri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 25; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 34; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 321, copie de 1685.

672.

Le roi saint Louis vidime et confirme, à la demande des moines de Saint-Martin, la charte de 1109 que leur avait donnée le roi Louis VI.

Lille, décembre 1255.

In nomine summe et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos litteras predecessoris nostri Ludovici, quondam regis Francorum, vidimus in hec verba :

« In nomine sancte », etc. (*Suit le texte de la charte de 1109, publiée sous le n° 22.*)

Nos autem, ad petitionem abbatis et conventus monasterii supradicti, premissa omnia, prout superius continentur, et ea hactenus pacifice possederunt, volumus, concedimus, et auctoritate regia confirmamus, salvo jure in omnibus alieno. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri.

Actum apud Insulam, anno Domini M°. CC°. LV°, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 307. — Paris, Bibliothèque nationale, Collection Moreau, tome XLIV, fol. 135, copie du XVIIIe siècle.

673.

Le châtelain de Tournai autorise Gilles de Haudion à faire hommage à l'abbaye de Saint-Martin pour une terre qu'il tient de lui en fief.

Février 1256.

Ço fu fait en l'an de l'incarnation M. CC. et LV, el mois de février.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 341 ; *Ibidem*, Cartulaire 128, fol. 1[1], copie du XIV[e] siècle.

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 112.

674.

Le pape Alexandre IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à prendre la dîme des terres nouvellement défrichées, dans les localités où elle jouit déjà du droit de prélever la dîme sur les terres en culture.

Au Latran, le 15 mai 1256.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Beati Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus benignum impartientes assensum, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut in locis illis in quibus veteres decimas juste percipitis, novalium quoque de quibus aliquis hactenus non percepit, pro ea portione qua veteres vos contingunt, percipere valeatis, sine juris prejudicio alieni. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Laterani, idubus maii, pontificatus nostri anno secundo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 408.

675.

Le pape Alexandre IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à acheter les dîmes appartenant à des laïques dans les paroisses qui dépendent d'elle, et aussi dans les autres, mais à condition qu'elle ait, pour ce faire, l'agrément des curés de ces paroisses, qui auront toujours le droit de racheter les dîmes en question.

Au Latran, le 15 mai 1256.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Beati Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Non est petitio improba, nec postulata conceduntur indigne, cum sic petentium desideriis prebetur assensus quod jus non leditur alienum. Hinc est quod nos, vestris precibus inclinati, redimendi decimas de manibus laicorum in vestris vel alienis parrochiis, rectorum ecclesiarum in quarum parrochiis decime ipse consistunt, et dyocesanorum ipsarum, accedente consensu, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, sufficienti prius a vobis prestita cautione, quod ecclesiis ipsis eas restituere teneamini quandocumque vobis ab earum rectoribus fuerit de redemptionis precio satisfactum. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Dat. Laterani, idubus maii, pontificatus nostri anno II°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 408.

676.

Gaucher de Thourotte, seigneur du Plessis-Cacheleux, donne au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte un muid de blé à prendre chaque année sur ses terrages du Plessis-Cacheleux, sous condition de commémorer tous les ans le jour de sa mort.

Juin 1256.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LVI, el mois de junnet.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 254 [1].

[1] Cette charte est publiée dans GORDIÈRE, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 232.

677.

Le chevalier Gossuin de le Val approuve la vente d'une terre à Popuelles, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Gilles Danzes, d'Havinnes, son hôte.

Jeudi 15 juin 1256.

Universis presentes litteras visuris, Gossuinus de Valle, miles, salutem in Domino.

Noveritis quod Egydius dictus Danzes, de parrochia de Havines, et ejus uxor, hospites mei, tres jornarios terre sue arabilis, una virga minus, site in parrochia de Popiola, quam de me tenebant ad francum censum, ecclesie Sancti Martini Tornacensis vendiderunt bene et legittime, et werpiverunt coram Johanne dicto Clawet, majore meo, Jacobo de Foresto, Stephano dicto Magistro, de Foresto, Johanne dicto Corriel, et Johanne de Foresto, hospitibus meis, judicatoribus dicte terre, ad hoc vocatis, et in manu predicti majoris mei, qui predictus loco mei interfuit, ad opus ecclesie predicte. Cumque ut moris est, secundum legem patrie, idem Egydius et ejus uxor a majore meo, cui super hoc omnino commisi vices meas, requisiti ter coram prenominatis hospitibus meis, tercio recognovissent quod nec ipsi nec successores sui de cetero jus habebant in predictis, hospites mei predicti ad quos pertinebat judicare de predictis, a majore meo predicto modo debito requisiti utrum quod dicti Egydius et ejus uxor fecerant de terra predicta facere potuissent, et utrum in dicta terra de cetero quicquam juris haberent, consilio habito super hoc inter se concorditer dixerunt quod quicquid fecerant de dicta terra, bene et legittime fecerant et facere poterant. Item dixerunt quod idem Egydius et ejus uxor tantum fecerant de predicta terra quod in ea ipsis vel successoribus suis nichil juris amplius competebat, et quod ipsa terra ecclesie Sancti Martini bene et legittime poterat assignari. Cumque post hec dicti Egydius et ejus uxor, fide corporali et sacramento prestitis ab eisdem, firmiter promisissent se in prenotata terra nichil juris amplius clamaturos, nec ratione dotis, nec ratione assignamenti, si quod factum fuerit eidem mulieri ad eandem terram, quibus

expresse renuntiavit dicta mulier, promittens sub religione prestiti juramenti, quod nec artem nec ingenium, per se vel per alium, queret per que ecclesia Sancti Martini super predicta terra molestetur in aliquo, vel dampnificetur, predicti hospites mei ipsis Egydio et ejus uxori predictam abjudicaverunt.

Hiis igitur omnibus rite actis, et adhibitis sollempnitatibus que secundum legem patrie in talibus adhiberi consueverunt, major meus predictus, loco mei et ex parte mea, dictam terram ad opus ecclesie Sancti Martini Tornacensis, in manu domni Egydii, cellararii ecclesie predicte, nomine elemosinarii, sub testimonio predictorum hospitum meorum reportavit, a me in perpetuum tenendam sub annuo franco censu unius denarii mihi vel nuntio meo, infra ambitum monasterii Sancti Martini, in festo beati Remigii, solvendi ab elemosinario dicte ecclesie, a quo dictus census requiretur. Et si forte solutus non fuerit dicto termino vel respectatus per nostram voluntatem, ecclesia solum mihi reddet pro defectu illius termini duplicem censum, nec ad aliam mihi tenebitur emendam, et per dictum censum eadem ecclesia quita erit erga me et successores meos ab omni servitio, relevio, talliis, exactionibus et consuetudinibus quibuscumque. Ut autem dicta ecclesia super predicta terra non valeat ab aliquo in futurum molestari, ego ad preces dictorum Egydii et ejus uxoris plegium et hostagium me constituo adversus dictam ecclesiam, quod dictam terram teneor ipsi ecclesie sub pacifica possessione in perpetuum garandire, successores meos ad hec omnia tenore presentium obligantes. In cujus rei memoriam, ut presentes littere et contenta in eisdem robur optineant firmitatis, easdem sigilli nostri munimine predicte ecclesie tradidi roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. VI°. feria v^a^ post Trinitatem.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 31; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 91; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 92.

[1] Actuellement il est à peu près impossible d'utiliser cet original.

678.

L'abbé de Saint-Martin cède à l'abbaye de Saint-Amand-en-Pèvele les revenus de toutes les maisons qu'il possédait à Sirault, avec la justice sur les hôtes vivant dans ces maisons, et une redevance en avoine à prendre dans la ville de Courtrai, en échange de quoi l'abbaye de Saint-Amand cède à celle de Saint-Martin sept sous de rente à Taintegnies et vingt-cinq sous de rente à Rumillies.

Juillet 1256.

Universis presentes litteras visuris, R., divina permissione Sancti Martini Tornacensis abbas, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos abbati et conventui Sancti Amandi in Pabula dedimus in excambium redditus omnium masurarum que fuerunt hactenus amasuate in villa de Syrau, ad nos spectantium, et omnem justiciam quam et qualem habebamus super hospites manentes in eisdem masuris, et septem raserias avene et dimidiam quas habebamus in villa Curtracensi, pro septem solidis et quatuor denariis in quibus eisdem tenebamur apud Tintegnies, et pro viginti quinque solidis quos dicti abbas et conventus Sancti Amandi habebant apud Rumegnies, terragia nostra et jura terragiorum et decimas minutas in predictis masuris, et redditus super terras que amasuate non fuerant in villa de Syrau, nobis et ecclesie nostre reservantes. Et ut hec firma illibataque permaneant, presentes litteras sigilli nostri munimine predictis abbati et conventui Sancti Amandi tradidimus roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquasesimo (*sic*) sexto, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 81; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Lille, Arch. du Nord, Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, tome II, fol. 189, copie du XIV[e] siècle.

679.

L'abbé de Saint-Amand-en-Pèvele publie les conditions d'un échange fait entre son monastère, qui cédait des rentes à Taintegnies et Rumillies, et celui de Saint-Martin, qui abandonnait celles qu'il possédait à Sirault, et une redevance à Courtrai.

Juillet 1256.

Universis presentes litteras visuris, W., Dei permissione Sancti Amandi in Pabula abbas, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis dedimus in excambium septem solidos et quatuor denarios in quibus nobis tenebantur apud Tintegnies, et viginti quinque solidos quos habebamus apud Rumegnies, pro redditibus omnium masurarum que fuerant hactenus amasuate in villa de Syrau, ad dictum abbatem et conventum Sancti Martini spectantium, et pro omni justitia quam et qualem habebant super hospites manentes in eisdem masuris, et pro septem raseriis avene et dimidia quas habebant in villa Curtracensi. Terragia vero et jura terragiorum, et decimas minutas in predictis masuris, et redditus super terras que amasuate non fuerant in villa de Syrau, sibi et ecclesie sue reservarunt. Et ut hec firma illibataque permaneant, presentes litteras sigilli nostri munimine predictis abbati et conventui Sancti Martini tradidimus roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo sexto, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 81; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 879, copie de 1689.

680.

La dame de Cysoing promet de garantir à l'abbaye de Saint-Martin la paisible jouissance de la portion de dîme à Cuerne qu'elle avait achetée de Lambert Stien, lequel la tenait en fief de la dame de Cysoing.

Samedi 16 septembre 1256.

Universis presentes litteras visuris, Sibilia, domina de Cysonio, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod facta sollempni proclamatione super venditione decime quam de me tenebat in feodum Lambertus dictus Stien, in parrochia de Cuerna, idem Lambertus, homo meus feodalis, ipsam totam decimam quam de me tenebat in feodo, et ejus uxor, personaliter constituti coram Willelmo dicto Milite, ballivo meo, quem et specialiter quoad hec posui loco mei, et coram hominibus meis, paribus suis, scilicet : Olivero de Suenenghien, milite; Rogero dicto Longo, Willelmo de Rosebeka, Gerardo de Boscho, Daniele del Dan, Johanne de Hasia, et Viviano Sobert, vendiderunt, et werpiverunt, et effestucaverunt bene et legitime, in manu predicti ballivi, ad opus ecclesie Beati Martini Tornacensis, in cujus personatu sita est dicta decima, pro quadam summa pecunie de qua ab ecclesia recognoverunt sibi plenarie satisfactum esse coram Willelmo, ballivo meo, et hominibus meis suprascriptis, qui ad hec specialiter fuerunt evocati. Quo facto dictus Willelmus, ballivus meus, ex parte mea, dictos homines meos monuit et conjuravit quod dicerent si dicti Lambertus, et ejus uxor, tantum fecissent, de decima predicta, quod secundum legem patrie de cetero nichil juris haberent seu habere possent in eadem, habito prius consilio inter se dicti homines, et recepto juramento ab uxore dicti Lamberti, quod in dicta decima, nec ratione dotis, nec ratione assignamenti, nec alia quacumque causa de cetero sibi jus aliquod vendicaret, item quod nec vi nec metu ad hec facienda erat inducta, dixerunt per judicium quod sic, et eisdem dictam decimam abjudicaverunt. Post hec autem dictus Willelmus, ballivus meus, iterato monuit et conjuravit secundum consuetudinem et legem homines meos prenominatos, si ipse ballivus ecclesiam

predictam de dicta decima bene et legitime posset adhereditare. Qui homines, habito super hoc prius consilio, dixerunt quod sic.

Quibus omnibus rite actis, dictus ballivus meus dictam decimam, ad opus dicte ecclesie Beati Martini Tornacensis, in manu domni Egidii, prepositi dicte ecclesie, reportavit de consensu et voluntate mea, liberam et immunem ab omni servicio, tallia, et exactione qualibet, ab ipsa ecclesia in perpetuum possidendam. Ne igitur quod factum est rite per legem patrie, et judicatum per homines meos, irritari valeat in futurum, et ut ipsa ecclesia in pacifica possessione in perpetuum possit permanere, ego tanquam domina garandire me promitto ipsi ecclesie decimam antedictam, et ad majorem securitatem, ad preces dictorum Lamberti et ejus uxoris, plegium et hostagium me constituo adversus ecclesiam memoratam; promittens finaliter quod filium meum primogenitum, qui predicta omnia laudavit, approbavit et adhuc consentit in eisdem, inducam ad hoc quod quamcito sigillum habebit proprium, ipsum apponet presenti carte ad confirmationem majorem omnium predictorum. In cujus rei testimonium presentem cartam, ut contenta in eisdem robur optineant firmitatis, sigillo meo feci roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. VI°, sabbato post Exaltationem sancte Crucis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 358.

681.

La dame de la Wœstine vend à l'abbaye de Saint-Martin, en présence d'un bailli spécial désigné par la comtesse de Flandre pour authentiquer cette vente, toute la dime à Aeltre qu'elle tenait à cens de ladite abbaye.

Novembre 1256.

Ego Aelidis, domina de Wastina, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod ego coram domino Balduino de Balliolo, milite, loco

illustris domine Margarete, Flandrie et Hanoye comitisse, specialiter constituto ab ipsa domina comitissa ad hec que sunt inferius annotata, et coram hominibus ipsius domine comitisse, paribus meis, videlicet : Gerardo de Stenus, Amolrico de Landast, Eustasio de Lembeke, Michaele, ejus fratre, Sigero de Mouscre, Rollino de Suevreghem, Roberto de Orscham. Waltero le Mor, militibus, Waltero de Baldenghen [1], Balduino [2] Gandensi, et Sigero Mabesengne [3], proposui inopiam et necessitatem meam, et allegavi coram ipsis me habere talem inopiam atque tantam, propter quam necesse habebam vendere decimam meam de Haltra, cum appendiciis suis, quam tenebam a monasterio Sancti Martini Tornacensis, sub annuo censu decem marcharum, triginta et tribus solidis et quatuor denariis Flandrensium pro marcha qualibet computandis. Et hoc offerebam me probaturam per sufficientes testes bene et ad legem, coram dicto domino Balduino et hominibus predictis, paribus meis, supplicans predicto domino Balduino, ut ipse, ex parte dicte domine comitisse tanquam domine superioris terre, venditioni dicte decime quam facere intendebam monasterio Beati Martini predicto, et werpitioni ejusdem, quas cum minori dampno et majori emolumento facere poteram interesse.

Dictus autem Balduinus, miles, hiis auditis, homines dicte domine comitisse, pares meos prenotatos, submonuit et conjuravit secundum legem, ut ipsi, habito consilio inter se dicerent per quam curiam et quam justiciam de predicta decima possem melius exheredari, et dictum monasterium Beati Martini, si eam emeret, adhereditari. Quo habito prius consilio, super hoc dixerunt per judicium sub fide qua erant astricti dicte domine comitisse, quod per legem exheredatio dicte decime et adhereditatio, ex quo vir religiosus abbas monasterii memorati de dicto membro homines sive censuarios non habebat, fieri debebat in curia domine comitisse, tanquam superioris domini terre, et per suos homines feodatos, cum etiam hoc idem instanter ego et dictus domnus abbas requireremus et vellemus.

Quibus auditis, idem dominus Balduinus iterum submonuit predictos homines dicte domine comitisse, ac per legem requisivit ab eis utrum ego Aelidis audienda essem secundum legem, super inopia et necessitate quas

[1] Le Cartulaire 121 de Bruxelles porte *Badelinghem*.

[2] Le même Cartulaire dit *ballivo*.

[3] Le même Cartulaire écrit *Mabenzuene*.

dicebam me habere, et utrum per hoc vendere possem dicto monasterio dictam decimam, et me exheredare de ea, et utrum dictum monasterium posset de dicta decima bene et legitime adhereditari, et intrare in eam bene et ad legem, ab eo perpetuo pacifice possidendam. Qui habito prius super hoc consilio, dixerunt per judicium quod sic. Post hec ego coram dicto domino Balduino ostendi et probavi talem et tantam inopiam et necessitatem meam, et coram hominibus dicte domine comitisse, quod ipsi a dicto domino Balduino super hoc submoniti et adjurati, bene et ad legem dixerunt per judicium quod ego talem ac tantam ostenderam ac probaveram inopiam et necessitatem meam, bene et ad legem, quod ego poteram vendere et werpire bene et ad legem decimam supradictam, et me exheredare de ea.

Ego igitur, per me et per acceptum ad hoc et datum michi advocatum per legem, dominum Sigerum de Mouskre, militem, totam dictam decimam meam de Haltra, cum omnibus pertinentiis seu appendiciis suis, vendidi bene et legitime et ad legem monasterio memorato Sancti Martini, sive in dictum monasterium transtuli, pro nongentis libris Parisiensium, de quibus coram dictis domino Balduino et hominibus domine comitisse michi satisfactum fuisse plenarie recognovi, una cum advocato meo predicto, et adhuc tenore presentium recognosco. Et per me et per dictum advocatum meum michi datum et acceptum per legem, dictam decimam cum suis pertinentiis werpivi et ter effestucavi, secundum consuetudinem patrie, et reportavi bene et ad legem in manus dicti domini Balduini, ad hoc loco dicte domine comitisse specialiter positi, ad opus monasterii Sancti Martini supradicti; facta tamen prius, bene et ad legem et secundum patrie consuetudinem, proclamatione decime sepedicte, ita quod homines dicte comitisse submoniti bene et ad legem a dicto domino Balduino, dixerunt per judicium, habito inter se prius consilio, quod ego de dicta decima et ejus pertinentiis, per me et per advocatum meum, tantum feceram, quod bene et secundum legem eram exheredata de ea, et quod ego et successores seu heredes mei nullum jus de cetero in ipsa decima vel pertinentiis ejus habere, seu reclamare, aut petere poteramus. Dictus autem dominus Balduinus, ad hoc positus loco dicte domine comitisse, dictam decimam cum appendiciis suis reportavit ac reddidit abbati monasterii supradicti, nomine sui monasterii, eam recipienti ab ipso monasterio libere et pacifice perpe-

tuo possidendam. Homines autem predicti a dicto domino Balduino submoniti, dixerunt per judicium quod dictum monasterium bene et ad legem erat in dicta decima et ejus pertinentiis, et quod ad jus et proprietatem dicti monasterii, dicta decima cum suis appendiciis in perpetuum pertinebat, et quod omnia supradicta erant facta bene et ad legem. Promisi insuper, fide et sacramento interpositis, coram dicto domino Balduino et hominibus supradictis, quod nullum jus de cetero reclamabo, per me vel per alium, in predictis, neque dictum monasterium super hiis molestabo, neque queram artem vel ingenium, seu occasionem aliquam per que dictum monasterium super predictis vel ob predicta molestiam, vel dampnum, seu detrimentum aliquod sentiat vel incurrat; sed ipsi monasterio dictam decimam teneor sine ipsius monasterii dampno in perpetuum conservare.

Promisi insuper dicto monasterio super hoc stipulanti, quod abbati vel certo nuncio monasterii ejusdem, redderem quadringentas libras Flandrensis monete, si liberi mei infra annum et diem postquam ad annos legitimos pervenerint, non preberent assensum venditioni et werpitioni supradictis, et litteras domini superioris terre et episcopi Tornacensis super hoc confectas non deliberarent monasterio memorato. Et si dictum monasterium ab aliquo molestaretur super dicta decima, occasione mei vel heredum meorum, et ipsum monasterium dampnum incurreret vel expensas faceret occasione dicte molestationis, promitto et teneor ad simplex dictum abbatis Sancti Martini, quicumque pro tempore fuerit, quocienscunque dampna incurret vel expensas faciet, reddere eidem monasterio dampna et expensas; et ad omnia et singula, prout superius sunt expressa, me et meos in perpetuum obligo successores; supplicans dicte domine comitisse, quatinus predicta omnia ac singula ratificet, et per suas litteras muniat et confirmet et faciat ea inviolabiliter in perpetuum observari, et me ac meos successores ad predicta omnia dicto monasterio conservanda compellat. In predictorum autem testimonium et perpetuam firmitatem, presentes litteras predicto Sancti Martini Tornacensis monasterio tradidi, sigilli mei appensione munitas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo sexto, mense novembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 280; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 5[b], copie du XIII[e] siècle.

682.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, approuve la vente, faite à l'abbaye de Saint-Martin par la dame de la Wœstine, de toute la dîme que cette dame possède à Aeltre.

Décembre 1256.

Nos Margareta, Flandrie et Haynoie comitissa, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod dilecta fidelis nostra Aelidis, domina de Wastina, a nobis cum instantia supplicando petiit quod litteras nostre confirmationis monasterio Sancti Martini de Tornaco, super quamdam decimam quam ipsa Aelidis dicto monasterio vendiderat, seu in ipsum monasterium bene et ad legem transtulerat, conferre vellemus, tenorem litterarum ipsius Aelidis super hoc confectarum, ad majorem rei evidentiam atque firmitatem, nostris litteris inferentes, et quod omnia in ipsis contenta litteris faceremus dicto monasterio inviolabiliter in perpetuum observari, quarum videlicet litterarum supradicte Aelidis tenor talis est :

« Ego Aelidis, domina de Wastina, notum facio », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Nos igitur, ad petitionem dicte Aelidis, predicta omnia et singula grata et rata habentes, laudamus, approbamus, et tanquam terre domina confirmamus, promittentes ea facere firmiter et inviolabiliter dicto monasterio, tanquam terre domina superior, observari. In quorum omnium et singulorum testimonium et firmitatem perpetuam, presentes litteras prefato monasterio dedimus sigilli nostri appensione munitas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo sexto, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 285; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 6ᵃ, copie du XIIIᵉ siècle.

683.

L'évêque de Tournai approuve la vente de la dîme d'Aeltre, faite par la dame de la Wæstine à l'abbaye de Saint-Martin.

Décembre 1256.

W[alterus], Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos venditionem, et werpitionem, sive translationem quas nobilis mulier Aelidis, domina de Wastina, fecit in ecclesia Sancti Martini Tornacensis, pro nongentis libris Parisiensium sibi plenarie persolutis, coram decano nostro christianitatis Curtracensis, ad hoc, loco nostri, posito a nobis, necnon et coram domino Balduino de Balliolo, milite, loco illustris domine Margarete, Flandrie et Haynoie comitisse, specialiter ab ipsa domina comitissa propter hoc constituto, et coram hominibus ipsius domine comitisse, paribus dicte Aelidis, videlicet : Gerardo de Stenus, Amolrico de Landast, Eustacio de Lembeke, Michaele, ejus fratre, Sygero de Mouscre, Rollino de Zuevrenghem, Roberto de Orscamp, Waltero le Mor, militibus, Waltero de Badelinghem, ballivo [1] Gandensi, et Sygero Mabenzuene, de tota decima sua de Haltra, cum omnibus appendiciis seu pertinentiis ad eandem, quam decimam tenebat a dicta ecclesia Sancti Martini Tornacensis, sub annuo censu decem marcharum, triginta tribus solidis et quatuor denariis pro marcha qualibet computandis, sicut hec omnia in litteris ipsius Aelidis et illustris domine comitisse predicte super hoc confectis vidimus contineri plenius, laudamus et approbamus, et dictam decimam, cum omnibus pertinentiis suis et appendiciis, dicte ecclesie, pontificali auctoritate confirmamus ab ea in perpetuum possidendam. In cujus rei testimonium et perpetuam firmita-

[1] Le Cartulaire 126 de Bruxelles avait écrit *Balduino;* ce mot a été effacé et remplacé postérieurement par le mot *ballivo,* inscrit en marge.

tem, presentes litteras sigilli nostri munimine predicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie tradidimus roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. sexto, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 287; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 6ᵇ. copie du XIIIᵉ siècle.

684.

Le chevalier Jean de Roubais renonce à ses droits féodaux sur trois bonniers de terre à Béclers, que le chevalier Gontier de Quarte tenait de lui en fief, et qu'il pourra désormais relever d'un monastère, s'il lui plait.

Décembre 1256.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes de Roubais, miles, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum dominus Gonterus de Quarta, miles, terras quasdam arabiles, prata, vivaria et alia quedam, sita in parrochia de Bierclers, de me teneret in feodum, que omnia movebant de illustri domina Margareta, Flandrie comitissa, ego, de voluntate et assensu ejusdem domine comitisse, tria bonaria terre arabilis sita in dicta parrochia, que dictus Gonterus de me tenebat in feodum, quorum septem quartaria sive jornaria sita sunt in cultura que vocatur Nodencouture, contigua cuidam terre domini Egidii de Quarta, et alia v quartaria sive jornaria sita sunt ex altera parte vie, exemi penitus et libera esse decrevi ac exempta ab omni jure et omni servicio feodali, et eidem domino Gontero dicta tria bonaria, de assensu dicte comitisse, concessi tenenda ac possidenda, seu habenda ita libere et absolute, quod possit ea recipere tenenda in feodum, ab ipso et suis successoribus in perpetuum, de ecclesia seu monasteria quocunque, sive ordinis cujuscunque; ita quod ego nullum jus aut justi-

ciam mihi aut meis successoribus retinui aut retineo in tribus terre bonariis supradictis. Predicta autem feci bene et ad legem, ac per judicium hominum meorum feodalium, de assensu heredis mei, atque de voluntate et auctoritate predicte domine comitisse. Promitto autem pro me et meis successoribus, quod in dictus tribus terre bonariis, nullum jus de cetero per me vel per alium reclamabo, et ad hoc expresse obligo me et meos in perpetuum successores. In predictorum autem testimonium et munimen, presentes litteras dedi sigilli mei appensione munitas, rogans dictam dominam comitissam quatinus predicta per suas confirmet litteras, et faciat in perpetuum firmiter observari.

Datum anno Domini M°. CC°. LVI°, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 42.

685.

Gontier de Quarte donne à l'abbaye de Saint-Martin trois bonniers de terre à Béclers, qu'il tenait jadis en fief du chevalier Jean de Roubais, mais sur lesquels ce chevalier avait renoncé à ses droits féodaux.

Janvier 1257.

Jou Gontiers de Quarte, cevaliers, fac savoir à tous ciaus ki ces letres veront et oront, que jou ai doné por Dieu et en aumosne à le glise Saint Martin de Tornai, trois boniers de terre ahaniule, liquele terre gist en le porofe de Bierclers; si en gisent VII jornel en le couture k'on apiele Noden-couture, et joignent à le terre monsegneur Gile de Quarte, et V jornel en gisent d'autre part le voie. Et cist troi bonier furent del fief ke je tenoie de mensegneur Jehan de Roubais, cevalier; lesquels trois boniers mesire Jehans osta del fief ke je tenoie de lui par jugement de ses homes, et par l'asens et le gré medame Margerite, contesse de Flandres, de qui cil fiés

descendoit sovrainement. Et ceste aumosne ai jou fait de me bone volenté. Et si otroie à le glise devantdite ke se nus li en faisoit damaige ne anui d'or en avant, k'ele eust ataint sor mi et sor mes successeurs xxx lb. de Tornois. Et à çou oblige jou, mi et mes successeurs. Et por çou ke ceste cose soit ferme et estavle, si en ai jou ces letres doné à le glise Saint Martin devant nomée, saielées de men saiel.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. et LVI, el mois de jenvier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 42.

686.

Le châtelain de Tournai approuve l'acte par lequel Gilles d'Ere et Jeanne, sa femme, ont reçu en fief de l'abbaye de Saint-Martin un bois à Esplechin qu'ils tenaient antérieurement en franc-alleu.

Janvier 1257.

Ço fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. et LVI, el mois de jenvier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 342; *Ibidem*, Cartulaire 128, fol. 1[a] [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 113.

687.

Gérard de Berlenghien, Willermus de Grinberghes, Olivier de Maskelines et Walterus le Moer, chevaliers, promettent de garantir à l'abbaye de Saint-Martin la possession de la dîme d'Aeltre, acquise par elle de la dame de la Wæstine, et s'obligent à faire approuver par les enfants de ladite dame, dès leur majorité, la vente de cette dîme faite par leur mère à l'abbaye.

Février 1257.

Universis presentes litteras inspecturis, Gerardus de Berlenghien, Willermus de Grinberghes, Oliverus de Maskelines et Walterus li Moer, milites, salutem

Noverit universitas vestra, quod cum nobilis mulier Aelidis, domina de Wastina, totam decimam suam, cum suis appendiciis, quam habebat in parrochia de Haltra, in personatu ecclesie Beati Martini Tornacensis, a qua ipsa domina dictam decimam cum suis appendiciis tenebat, et sui successores eam tenuerant ab antiquo sub annuo censu decem marcarum, triginta tribus solidis et quatuor denariis Flandrensium pro marcha qualibet computandis, solvendarum dicte ecclesie in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste, vendidisset et bene et legitime werpivisset, secundum legem patrie, ecclesie supradicte, et hoc fecisset evidenti neccessitate compulsa, sicut constat per judicium eorum qui de hoc debebant et poterant judicare; nos ad preces et instantiam dicte domine Aelidis, promisimus ecclesie memorate nos procuraturos et facturos quod liberi dicte domine Aelidis, infra annum et diem postquam ad etatem legitimam pervenerint, rata et firma habebunt omnia supradicta, et quicquid actum est a matre eorum de dicta decima et ejus appendiciis creantabunt, et etiam, ad majorem securitatem, dictam decimam cum suis appendiciis werpient ipsi ecclesie ubicunque, et coram quibuscunque necesse fuerit, et litteras suas inde dabunt secundum formam secundum quam dicta mater eorum litteras suas inde dedit, et supplicabunt domino terre Flandrie quod litteras sue confirmationis et ratificationis donet dicte ecclesie sub forma predicta.

Et si dicta ecclesia ab aliquo molestaretur occasione dicte domine vel heredum, et dampna incurreret vel expensas faceret, occasione dicte molestationis ante werpitionem factam, ut dictum est, promittimus et tenemur, tenore presentium, ad simplex dictum abbatis Sancti Martini Tornacensis, quociensconque dampna incurret vel expensas faciet, eidem reddere dicta dampna et expensas. Nos autem promisimus predicta omnia nos procuraturos et facturos sub pena octingentarum lib. Flandrensium, ita quod quilibet nostrum ad dictam summam est in solidum obligatus dicte ecclesie integre persolvendam, nisi infra dictum tempus predicta omnia dicte ecclesie compleri ac fieri faceremus.

Ut autem dicta ecclesia de premissis omnibus sit securior, et nos valeat ad observationem omnium predictorum compellere. concedimus tenore presentium quod domini seculares de quibus nostra tenemus, seu in quorum dominio nostra bona consistunt, aut poterunt inveniri, per captionem ipsorum bonorum nostrorum, ad opus ecclesie memorate nos compellant; que videlicet bona nostra obligamus per testimonium presentium, pro predictis que promisimus superius firmiter observandis et adimplendis. Et sciendum est quod quam cito dicti liberi ad etatem legitimam pervenerint, et dictam decimam cum suis appendiciis werpiverint, et venditionem dicte decime et ejus appendiciorum, prout in litteris matris eorumdem liberorum continetur, laudaverint, et suas litteras inde confectas dederint quod contra premissa vel aliquod premissorum ipsi liberi dicte domine Aelidis non venient, per se vel per alium. et per easdem litteras domino terre Flandrensis, et episcopo Tornacensi, ut omnia predicta per suas litteras ratifficent et confirment supplicaverint, nos quiti et liberi erimus a conventionibus supradictis. In cujus rei testimonium et firmitatem, presentes litteras predicte ecclesie dedimus, sigillis nostris propriis sigillatas.

Actum anno Domini M°. ducentesimo quinquagesimo sexto. mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 572, copie du XVe siècle.

688.

La dame de la Wæstine reconnaît avoir reçu de l'abbaye de Saint-Martin les trois cents livres Parisis dont l'abbé de Saint-Pierre de Gand lui avait garanti le payement, et qui représentaient le tiers du prix de la dîme d'Aeltre, vendue par elle à l'abbaye de Saint-Martin.

Mardi 6 mars 1257.

Ego Aelidis, domina de Wastina, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem.

Universitati vestre notum facio, quod viri religiosi abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis, michi satisfecerunt de trecentis libris Parisiensium in pecunia numerata, in quibus michi tenebantur de decima mea de Haltra eisdem a me vendita, de quibus trecentis lib. vir religiosus abbas Sancti Petri Gandensis se constituit erga me plegium et debitorem pro abbate et conventu antedictis. In cujus rei testimonium, presentes litteras predictis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis tradidi, sigillo meo sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. VI°. feria tercia post Reminiscere.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 288; *Ibidem,* Cartulaire 126, fol. 7ª, copie du XIIIᵉ siècle.

689.

L'official de Soissons constate que Drouard de Montmacq et Laurence, sa femme, ont promis de laisser le prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte jouir en paix des terres à Montmacq qui lui ont été vendues par leur fille, Ermeline, et leur gendre, Thibaud de Cameli.

Octobre 1257.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. VII°, mense octobri, pluribus presentibus ad premissa.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 252 [1].

690.

L'official de Noyon constate que Colain, veuve de Pierre Pluket, a renoncé, en faveur du prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte, à tous les droits qu'elle pouvait avoir à Cambronne.

Novembre 1257.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. VII°, mense novembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 282 [2].

[1] Cette charte est publiée dans GORDIÈRE, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 233.
[2] Cette charte est publiée dans GORDIÈRE, *loc. cit.*, p. 234.

691.

Le pape Alexandre IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à racheter les dîmes appartenant à des laïques dans les paroisses qui relèvent d'elle, mais seulement avec le consentement des curés de ces paroisses, et à condition de s'obliger sous caution à revendre ces dîmes auxdits curés s'ils le veulent.

Viterbe, 26 novembre 1257.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei. dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut liceat vobis in parrochiis ecclesiarum in quibus jus patronatus habetis, decimas redimere de manibus laicorum, dummodo ad id rectorum ecclesiarum ad quas decime ipse spectant et diocesani accedat assensus, sufficienti a vobis prestita cautione, quod ecclesiis ipsis eas restituere teneamini, quandocunque ab earumdem rectoribus de precio quod pro eis dederitis vobis fuerit satisfactum. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Viterbii, vi° kalendas decembris, pontificatus nostri anno iii°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 417.

692.

Le pape Alexandre IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à percevoir les dîmes des terres nouvellement mises en culture, dans les paroisses où elle jouit déjà du droit de prélever la dîme.

Viterbe, 26 novembre 1257.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei. dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in parrochiis ecclesiarum in quibus jus patronatus habetis, pro ea portione qua in eis veteres juste percipitis, novalium decimas de quibus aliquis hactenus non percepit, percipere valeatis sine juris prejudicio alieni. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Viterbii, vi° kalendas decembris, pontificatus nostri anno tercio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 418.

693.

Le pape Alexandre IV dispense l'abbaye de Saint-Martin de l'obligation de partager ses bénéfices ecclésiastiques avec qui que ce soit, à moins que le Saint-Siège ne l'y ait formellement invitée.

Viterbe, 26 novembre 1257.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Paci et tranquillitati vestre paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad receptionem seu provisionem alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis compelli non possitis per litteras apostolicas que plenam et expressam non fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Viterbii, vi° kalendas decembris, pontificatus nostri anno iii°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 419.

694.

Énumération des biens immeubles que l'abbaye de Saint-Martin possède à Dameries.

Mars 1258.

Anno Domini M°. CC°. L°. VII°, mense marcio, mensurate fuerunt terre nostre de Dameries, et inventa sunt ad Marchagium, retro curtem, septem quartaria, xxiii virge minus; in Pelemont, cum parvo pratello, quatuor bonaria et dimidium et xii virge; retro pechiam de Chalceia, cum orto, xiii bonaria et tria quartaria et lxxv virge; versus Boucaut, ad Ghieskieriam, xxii bonaria et i quartarium; in pecia juxta nemus, cum terra super vivarium, xxvii bonaria et dimidium, vii virge minus; in Sartis iiii^or bonaria et iii quartaria et xx virge; in prato juxta vivarium, cum curtillo, dimidium bonarium et xv virge; in prato quod vocatur Mainsenspres, vii journaria et xx virge minus; in prato quod vocatur Culemer, v journaria et x virge; in pratis de Waukierpret et as Courbes, ix quartaria et xx virge; in prato Fastredi et aliorum, usque ad vivarium, vii jornaria xx virge minus.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 33ᵃ.

695.

Énumération des biens immeubles que l'abbaye de Saint-Martin possède à Cattegnies.

24 juin 1258.

Sacent tout cil ki sont et ki avenir sont, que l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. et LVIII, à le Nativitet saint Jehan Baptiste, furent mesurées les tieres de Kategnies, à le verghe de Saint Ligier.

Si en a en une pièce, encosté le maison Gontier del Busch, I bounier XXVIII verghes, I quartier mains; en une autre pièce c'on apiele as Mares, III boniers, V verghes mains; à Terriflas, III quartiers et LXVI verghes; à le Plankiele, I bonier, XLVI verges mains; ès tieres au Kesnoit jusques à Suregnies, VI boniers et I quartier et LVI verges et I quart; à Ribauthaie, bonier et demi et XLVII verges; en le tiere ki joint à celi, demi bonier et VIII verges; en le tiere a le voie, III quartiers, XLIII verges mains; à l'autre voie, demi bonier III verges et I quart mains; en le tiere c'on apiele as Mares, VI journels et VI verges. Toutes ces tieres furent aviesties de blet à celui jour qu'eles furent mesurées.

Et si en eut mesurées aviesties à march, en une pièce encosté le tiere Gossuin Fastret, III quartiers et XLIII verges; en l'autre pièce encosté le tiere le priestre, demi bonier et VII verghes et demie; en le tiere à le Planke à Kategnies, V quartiers et XXIII verghes I quart mains; el manage à Kategnies, et en le tiere entour celui manage, VI boniers et I quartier et XXXVIII verghes et demie; à Tierrifrasne, V quartiers et demi et IIII verghes; au Crombion, III quartiers III verges et demie mains; devant le maison Biernart le Fèvre, V quartiers VII verges et demie mains; à Heldehautpreit, en tiere et en pasture, XI quartiers et XV verghes; en le pièce à le Bauleskière, III quartiers et II verghes.

Et si en eut mesurées à celui jour à Ghieskière, encosté le tiere Willaume Roussiel, I quartier et III verghes I quart mains; en le pièce à le Marlière, LXXIX verghes I quart mains; en le pièce encosté le tiere le Temple, XIII^{xx} verghes; en le pièce à le voie, LXX verghes; en le pièce à l'Aubiel, demi bonier et LXIX verghes et demie; en le pièce encosté le maison Wibiert, III quartiers XXX verges et demie mains; en le pièce à Fortplait, XIIII boniers et VIII^{xx} verghes et demie; à Goumercamp, III quartiers XV verghes et I quart mains.

Et si eut mesuret à le Bauleskière V quartiers de pret, delquel li I boniers est à moituerie, et li autres est tous Saint Martin. Et si a à le Bauleskière VI boniers et demi de tiere à moituerie.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 51v.

696.

L'abbé de Saint-Martin transfère au prévôt de son abbaye vingt-cinq bonniers de terre en divers endroits, que le pitancier avait abandonnés à la prévôté, à condition qu'elle lui donnerait en échange, pour son office de la pitance du couvent, la ferme d'Ouvegnies avec ses dépendances.

1er août 1258.

Sciendum quod pitantiarius habebat apud Evregnies et Estainpuc, anno Domini M°. CC°. LVIII°, in festivitate sancti Petri ad vincula, vi bonaria terre, quorum duo erant de anniversario Sygeri de Evregnies, militis, et duo de anniversario Danielis, et unum de anniversario Ogine, et sextum de denariis conventus emptum fuit. Habebat etiam tria bonaria nemoris in nemore de Wastines; item apud Orcham, de anniversario Sygeri de Avaulevile, tria quartaria terre, xxxii virge minus; item supra Montem de Orcha, versus Markainc, iii quartaria, xi virge minus; item in pecia apud Hebeconbe, dimidium bonarium; xxxiii virge minus; item in Sartis versus communiam de Orcha, v quartaria et x virge; item apud Daflieres, de anniversario abbatis Radulphi, ii bonaria, xxii virge minus; item de anniversario Mathei de Hera, dimidium bonarium; in terra que fuit Egidii de Haudion, ii bonaria; apud Warnaviam, de anniversario Walteri, famuli abbatis Radulphi, ii bonaria, vii virge et dimidia minus, que terra tenebatur preposito in duabus raseriis frumenti et iiiior caponibus; item subtus nemus domini Mathei de Hera. dimidium bonarium et xl virge; item ad Marleriam que est inter terras de Longasalice et de Duzenpiere. v quartaria; item apud Tintegnies, in terra que fuit Oliveri de Sancto Martino, i bonarium; item in terra que fuit magistri Oliveri, filii ejus, i bonarium; item in terra que fuit Gossuini de Montibus, i bonarium; item in terra que fuit Ogine, sororis abbatis Radulphi, i bonarium; item in pecia que fuit Walteri l'Escohier, i quartarium, x virge minus; item retro atrium, i quartarium et x virge; item juxta atrium, lxx virge et dimidia. Summa : xxv bonaria et vii virge.

Hec omnia accepit domnus Radulphus, abbas, ad opus prepositure, de assensu conventus. Et dedit prepositus pitantiario, in horum recompensationem, curtem de Ovegnies cum appendiciis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol 34°.

697.

Raoul de Winghinnes, chevalier, et sa femme Sibilia, approuvent le rachat par l'abbaye de Saint-Martin d'une portion de la dîme jadis engagée par Roger de Winghinnes à l'abbaye de Saint-Bertin; en outre, ils engagent par eux-mêmes une autre dîme à l'abbaye de Saint-Martin.

Août 1258.

Ego R[adulphus ....] Winghinnes, miles, et uxor mea Sibilia, notum facimus universis presentes litteras visuris, quod cum Roger[us] de Winghinnes, miles, quondam pater meus, titulo pignoris obligaverit ecclesie Sancti Bertini quandam decimam suam, quam .... ndale et Winghines, jacentem in Sancti Martini Tornacensis, Beate Marie Tornacensis, et de Senebieke personatibus, pro .... monete; cujus decime ecclesia Sancti Martini Tornacensis, portionem jacentem in suo personatu redemerit erga dictam ecclesiam Sancti Bertini, pro sexaginta libris ejusdem monete, et eidem ecclesie Sancti Martini Tornacensis dicta ecclesia Sancti Bertini dictam [oblig]ationem transtulerit, et concesserit sub eadem forma sub qua ipsa ecclesia fuerat obligata; nos obligationem predictam factam dicte ecclesie Sancti Bertini, et translationem et concessionem dicte ecclesie Sancti Martini ab eadem ecclesia Sancti Bertini factas, approbamus, [laudamus et] ratas habemus; obligantes nos et heredes nostros ad observationem dicte impignorationis, prout eidem ecclesie Sancti Bertini fuerit obligata, et ecclesie Sancti Martini Tornacensis a dicta ecclesia Sancti Bertini translata.

Item ego Radulphus, et uxor mea Sybilia, d[....... et] impignoravimus dicte ecclesie Sancti Martini Tornacensis, pro quadraginta et quinque libris Flandrensis monete, tali conditione interposita, quod ..... poterit redimi de anno in annum, [pro] sexaginta lib. et quadraginta et quinque lib. Flandrensis monete, post festum sancti Remigii usque ad Purificationem beate Virginis et non aliter; fructibus ab ipsa ecclesia Sancti Martini perceptis vel percipiendis in sor[tem ... non comput]atis vel computandis. Promisimus etiam ego Radulphus et Sibilia, uxor mea predicta, fide et sacramento interpositis, quod durante obligatione super dicta decima, dictam ecclesiam, per nos vel per alios, nullatenus molestabimus, nec queremus artem vel ingenium quibus possit dicta ecclesia inquietari super decima prenotata. Promittimus etiam fide et sacramento, tam ego Radulphus quam uxor mea [Sybilia, quod] durante impignoratione, ratione dotis vel assignamenti, per nos vel per alium nichil juris reclamabimus in eadem .... Et ad hec omnia et singula predicta observanda, nos et heredes nostros, tenore presentium [....... su]pplicantes ..... patri Tornacensi episcopo, ut omnia et singula, prout superius sunt expressa, laudet, approbet et confirmet. [In cujus rei testimonium,] presentes litteras sigillis nostris ecclesie Sancti Martini Tornacensis contulimus sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense augusto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original jadis scellé de deux sceaux en cire brune [1].

[1] Les lacunes qu'on remarque dans notre édition de ce document attestent le très mauvais état actuel de l'original. Ce mauvais état est d'autant plus regrettable que la charte n'a été transcrite dans aucun des nombreux cartulaires de Saint-Martin qui se sont conservés.

698.

L'évêque de Cambrai, vu le grand nombre des habitants de Gaurain-Ramecroix et la richesse de leur église, la divise en deux paroisses, du consentement de l'abbaye de Saint-Martin, patronne du lieu, mais en stipulant que chacune des deux nouvelles paroisses n'aura qu'un seul prêtre.

Mardi 10 septembre 1258.

N[icholaus], Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos, habita consideratione diligenti super multitudine fidelium consistentium in parochia in qua site sunt villa de Gauraing et villa de Ramecrois, necnon et super habundantia proventuum ad eandem parochiam spectantium, de consensu virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Martini Tornacensis, ejusdem loci patroni, dictam parochiam in duas parochias duximus dividendam; statuentes et volentes ut in qualibet ipsius parochie ecclesia instituatur de cetero rector unus, divisionem hujusmodi pontificali auctoritate confirmantes. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo octavo, feria tercia post Nativitatem beate Virginis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 32; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 43; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1125, copie du XVIII[e] siècle.

699.

L'abbé et les moines de Saint-Martin, en présence des échevins de Tournai, arrentent leur moulin du Fossé, à Tournai, à Watier Sartiel et à Jacques Pasquin.

Octobre 1258.

Ce sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke li abbes et li couvens de Saint Martin de Tornai ont dounet à rente perpétuel à Watier Sartiel et Jakemon Pasquin leur moulin de Fosset, et tout le droit k'il i avoient, pour v muis, et vi rasières de blet et x s. de Lonisiens de cens. Et paiier doivent Watiers et Jakemes devantdit à le glise Saint Martin les v muis et vi rasières de blet devant nomet de Noel en Noel, iretavlement, caiscun mois vi rasières, tant ke li v mui et vi rasières seront paiiés, de tel blet ke li moulins wagnera loiaument, sans mal engien. Et paiier doivent le blet devantdit en le glise Saint Martin, et livrer à le mesure ke on reçoit les censes Saint Martin, et les x s. à le saint Remi. Et de le rente et del cens devant nommé, ont Watiers et Jakemes asenée le glise devantdite à tout le moulin de Fosset. Et s'il avenoit ke li moulins devantdis ne wagnast les v muis et vi rasières, paiier doivent ausi vallant blet u deniers au vallant. Et ne Watiers ne Jakemes, ne il ne leur oir ne autres, ne doivent ne pueent autre rente ne autre cens ne plus mettre, ne par rendage ne autrement, sur le moulin devantdit, ke le rente et le cens devant noumet. Et se Watiers et Jakemes u leur oir voloient vendre le moulin devantdit, li glise de Saint Martin puet et doit revenir à sen iretage se ele viout, por autant ke uns autres en donroit, loiaument, sans boistie. Et li glise Saint Martin a mis en sen liu Watier et Jakemon, et otrié teus convenences ke ele avoit as tainteniers ki mainent sor l'escluse del Fosset, selonc le cyrographe ki fais estoit entre le glise et les tainteniers devantdis, delquel cyrographe li teneurs est teus :

« Çou sachent chil ki sont ». etc. (*Suit le texte de la charte de juin 1248, indiquée ci-dessus n° 600.*)

Et por çou ke toutes ces coses devant nommées soient fermes et estavles,

si en est fais cyrographes, et livrée li une partie en le main des eskievins de Tornai, li secunde à le glise Saint Martin, et li tierce à Watier et à Jakemon devant noumés. Là furent comme eskievin : Watiers Aletake, Wautes de Camphaing, Gosses li Auteus. Jehans Colemers. Foukes Barons. Jehans de Saint Quentin, Jakemes li Provos.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et LVIII, el mois d'uitembre.

Tournai, Archives communales, Chirographes reliés, tome II, folio 48; chirographe original sur parchemin.

700.

Matheus de Mota d'Esplechin approuve la cession à l'abbaye de Saint-Martin, par les Templiers de Flandre, de la dîme à Templeuve en Dossemer acquise par eux de Willelmus de Bauduinmont, sous condition que l'abbaye lui payera les mêmes cens et relief que les Templiers lui devaient.

Samedi 23 novembre 1258.

Ego Matheus, dictus de Mota de Esplecin. notum facio omnibus presentem cartam visuris, quod ecclesia Beati Martini Tornacensis bene et legitime acquisivit totam decimam quam Willelmus de Bauduinmont, homo meus feodalis, habebat et de me tenebat in feodo in parrochia de Templovio in Dossemer, spectante ad personatum dicte ecclesie, hoc modo quod dictus Willelmus dictam decimam vendidit primo magistro et fratribus militie Templi de Flandria, de assensu meo et per judicium hominum meorum. parium dicti Willelmi, qui de hoc debebant judicare. Et remanet idem Willelmus homo meus feodalis de altera parte feodi quam de me cum ista prius in feodum tenebat. Debebant autem dicti Templarii dictam decimam de me et meis successoribus quite, pacifice et libere in perpetuum tenere ; hoc salvo quod dicti Templarii tenebantur mihi et meis successoribus in quinque sol. Laudunensium annui redditus in festo beati Remigii, ratione

dicte decime, et in quinque sol. dicte monete in morte magistri de Flandria, ratione relevii, persolvendis. Quod per meos censuarios, qui de hoc judicare debebant, in mea presentia fuit factum. Hiis autem interfuerunt tamquam testes : frater Walterus de Viler, magister militie Templi de Flandria, frater Alexander, magister domus de Sancto Leodegario, Johannes de Gondecort, capellanus in ecclesia Beate Marie Tornacensis, Arnulphus, clericus Templariorum, Willelmus de Haya de Esplecin, Robertus Porcarius, et Martinus de Mota de Esplecin.

Abbate vero et fratribus ecclesie Beati Martini Tornacensis, in quorum personatu dicta decima sita est, jus suum ratione personatus in eadem reclamantibus, et a dictis Templariis sibi restitui dictam decimam instanter petentibus, predicti magister et fratres milicie Templi de Flandria, de consilio proborum dicte ecclesie Sancti Martini Tornacensis in dicta decima jus suum coram me recognoverunt. Ut autem predicta ecclesia Sancti Martini secure et cum debita sollempnitate et secundum legem patrie de predicta decima hereditaretur, ego homines meos censuarios ad hoc specialiter vocatos, qui de hoc judicare poterant et debebant, submonui ut mihi dicerent quomodo predicta ecclesia de eadem decima posset secundum legem patrie melius investiri. Qui, habito inter se consilio, dixerunt quod dictus magister milicie Templi, pro se et fratribus suis, dictam decimam ad opus dicte ecclesie in manu mea reportaret. Dictus vero magister dictam decimam, ad opus dicte ecclesie, in manu mea, sicut dicti censuarii dixerant, reportavit, promittens bona fide pro se et fratribus suis, quod de cetero nichil juris in dicta decima reclamabunt, nec artem nec ingenium querent unde dicta ecclesia super dicta decima in posterum in aliquo molestetur. Ego vero dictam decimam in manu domni Radulphi, abbatis Sancti Martini Tornacensis, ad opus ecclesie sue reportavi, in perpetuum ab omni exactione et dominio libere possidendam ; hoc salvo quod ipsi in censu et in relevio mihi et successoribus meis, ratione dicte decime, sicut prius ordinatum erat de Templariis, tenebuntur. Requisiti autem dicti censuarii utrum dicti Templarii tantum fecissent quod in dicta decima nichil juris haberent, et utrum dicta ecclesia bene et secundum legem patrie de dicta decima esset heredata, habito consilio responderunt quod dicti Templarii tantum fecerant quod nichil juris in dicta decima habebant, et dicta ecclesia bene et secundum legem patrie fuerat investita de eadem.

Ne autem predicta ecclesia in posterum molestetur super decima prenotata, promitto bona fide quod dictam decimam dicte ecclesie contra omnes usque ad legem, tanquam dominus, garandizabo

Predictis autem interfuerunt domnus Radulphus, abbas Sancti Martini Tornacensis, Johannes, prior, Egidius, cellararius, Petrus de Frigidomonte, Egidius de Gaurain, Petrus, thesaurarius, monachi ejusdem loci; et frater Walterus de Viler, magister milicie Templi in Flandria, frater Alexander, magister domus de Sancto Leodegario, domnus Willelmus, capellanus fratrum milicie Templi, et Egidius de Salemoncamp, Matheus Moriaus, Amorricus de Marege, et alii plures. Ut autem predicta omnia superius declarata robur obtineant firmitatis, et rata atque inconvulsa permaneant in futurum, ego Matheus, dictus de Mota de Esplecin, presentes litteras sepedicte ecclesie Sancti Martini Tornacensis tradidi sigilli mei munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. octavo, sabbato ante festum beate Katerine.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, pp. 255 et 258.

701.

L'évêque de Tournai approuve le transfert à l'abbaye de Saint-Martin de la dîme à Templeuve en Dossemer précédemment tenue en fief de Matheus de Mota par Willelmus de Bauduinmont, et cédée par ce dernier aux Templiers de Flandre.

Décembre 1258.

W[alterus], Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Willelmus de Bauduinmont, in nostra presentia propter hoc specialiter constitutus, decimam quam tenebat in

parrochia de Templovia, cujus parrochie viri religiosi abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis sunt persona, in ipsam ecclesiam Sancti Martini transtulit, volens omne jus quod in ipsa habebat vel habere poterat quoquomodo, sive ratione detentationis vel alia, ad eandem ecclesiam jure perpetuo pervenire. Et huic translationi, ad majorem securitatem, presbiter parrochialis de Templovia suum prebuit assensum. Magister etiam domus milicie Templi in Flandria, pro se et fratribus suis eidem ecclesie Sanct Martini, si quid juris eis in dicta decima per contractum quem cum ipso Willelmo super eadem decima inierunt, vel alio modo, fuerat acquisitum, quitavit. Ad hec Matheus, dictus de Mota de Esplecin, a quo sepedictus Willelmus in feodum dictam decimam tenere se dicebat, prefatam translationem, sub certa forma in litteris ipsius Mathei contenta, approbavit et laudavit. Nos autem omnia et singula supradicta approbamus et laudamus, et auctoritate pontificali confirmamus. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. VIII°, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 257.

702.

L'abbaye de Saint-Martin acense pour onze ans, en présence des échevins de Tournai, à Jean le Cambier et à Watier Roullart le Piscenier, quatre bonniers de terre aux Argilliers.

Janvier 1259.

Çou sacent chil ki cest escrit veront et oront, ke li glisse de Saint Martin de Tornai a dounet et acensé à Jehan le Cambier et à Watier Roullart le Piscenier, IIII bouniers de tiere ki gissent deseure les Argilliers, entre II pires. Cele tiere devantdite doit Jehans li Cambiers et Watiers Roullars

tenir de cest Noel ki pasés est en XI ans, parmi LVIII s. de Paresis le bounier par en. S'en doivent paier le moitiet au Noel, et le moitiet à le saint Jehen, cascun an sivantment. Et si ne pueent Jehans ne Watiers devantdit sur cele tiere mener se boine femure non, et une fié en l'en; et deuens les III darrains ans de leur acense, il doivent tous les IIII bouniers femer de boin fiens, à le volentet de l'églisse; et si ne pueent sur cele tiere arbres planter ne maisson faire. Cele acense devantdite, tout ensi que deviset est, au Noel et à le saint Jehen a Jehans li Cambiers et Watiers Roulars encovent à païer cascun en, as tiermines ki nomet sunt. Et s'en a fait se dete pour Jehan le Cambier, Jakemes de Blandaing li Cambiers, et Willaumes li Goudaliers; et s'en a fait se dete pour Watier Roulart, Raous, ses frères, et Willaumes de l'Ierbe. Et si en ont tout asenet à leur cors, et à leur meules, et à çou que sur le tiere devantdite venra. Et par tel manière que se li segneur de Saint Martin ne soumonoient leur acense cascun en à çaus ki leur dete ont faite pour Jehan le Cambier et pour Watier Roullart, il seroient quite de cele anée c'on ne leur aroit soumonse à païer. Et Jehans li Cambiers et Watiers Roulars ont enconvent à çaus ki leur dete ont faite por aus, qu'il les en aquiteront tous quites; et si les en ont asenés à aus et au leur cascuns les siens II pour leur aquitance. Et Lambers Roulars a enconvent à Willaume de l'Ierbe et Raoul, sen frère, que s'il venoient à nul damage par l'okison de le plegerie Watier Roulart, qu'il en est leur compains loiaument. A toutes ces devises et à ces convenences devantdites, furent li eskievin : Jehans Colemers, Fouke Barons, Gilles Gourdine, Pieres de Waudripont, Jehans de Corbriu, Dierins del Porc, et Jakemes li Provos; tout cist i furent com eskievin.

En l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et LVIII, el mois de jenvier.

Tournai, Archives communales, Chirographes reliés, tome II, fol. 57; chirographe original sur parchemin.

703.

L'évêque de Tournai constate que Sara, la mère de Willelmus de Bauduinmont, a renoncé à tous les droits qu'elle peut avoir sur la dîme à Templeuve en Dossemer qui, de son fils, a passé à l'abbaye de Saint-Martin.

Tournai, mardi 28 janvier 1259.

W[alterus], Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Sarra de Bauduinmont, mater Willelmi de Bauduinmont, in nostra propter hoc presentia constituta, translationem factam per ipsum Willelmum de decima quam ipse Willelmus tenebat in parrochia de Templuvia, in ecclesiam Sancti Martini Tornacensis, approbavit et laudavit, cedens et transferens ex habundanti in ipsam ecclesiam quicquid juris ex quacunque ratione ipsi competebat in decima antedicta; promittens fide et juramento prestitis, quod ratione dotis, donationis propter nuptias, seu assignamenti ipsi facti, vel ex quacumque alia causa, nichil juris in eadem decima reclamabit; renuncians expresse omni exceptioni et juri quod ratione premissorum, vel alia ex causa habebat vel habere poterat in decima sepedicta. Asseruit etiam eadem Sarra se non vi, metu vel dolo inductam ad premissa facienda. Unde nos, ad ipsius Sarre instantiam, in hujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari.

Actum et datum Tornaci, anno Domini M°. CC°. L°. octavo, feria tercia post Conversionem beati Pauli apostoli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 257.

704.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, approuve le transfert à l'abbaye de Saint-Martin de la dime à Templeuve en Dossemer ayant appartenu à Willelmus de Bauduinmont, et cédée par lui aux Templiers de Flandre.

1259.

Margareta, Flandrie et Haynoie comitissa, universis presentes litteras inspecturis salutem.

Noveritis quod abbas et conventus monasterii Sancti Martini de Tornaco decimam quandam, que quondam fuit Willelmi de Bauduinmont, sitam in parrochia de Templueve in Dossemer, quam videlicet decimam dictus Willelmus tenebat in feodum de Matheo, dicto de Mota de Esplecin, et de nostro feodo movebat, ac de nobis descendebat, acquisierunt et in ipsam intraverunt, prout in litteris dicti Mathei super hoc confectis plenius continetur; quarum tenor is est :

« Ego Matheus, dictus de Mota de Esplecin, notum », etc. (*Suit le texte de la charte du 23 novembre 1258, publiée sous le n° 700.*)

Nos igitur predicta omnia ac singula grata et rata habentes, in quantum valere et prodesse possunt ecclesie Sancti Martini supradicte, volumus et concedimus quod dicta ecclesia in perpetuum dictam decimam possideat pacifice et quiete. ab omni servicio feodali, et ab alia exactione quacunque liberam et exemptam. salvo censu supradicto Matheo et ejus successoribus in futurum. Volumus etiam omnibus esse notum quod noster assensus nunquam fuit ad hoc quod Templarii in dicta decima remanerent, cum dicta decima esset in personatu ecclesie Sancti Martini sepedicte. Insuper est sciendum quod ad majorem cautelam, dicti Willelmus et Matheus in nostra presentia et hominum nostrorum feodalium constituti, necnon et homines ejusdem Mathei, pares dicti Willelmi, recognoverunt coram nobis et hominibus nostris feodalibus, quod Willelmus predictus exierat bene et ad legem de decima memorata, et tantam ostenderat necessitatem et paupertatem suam bene et ad legem, quod dictam decimam vendiderat, werpi-

verat, et de ea exierat bene et per legem, et quod tantum fecerat de ea, quod nec ipse nec ejus successores jus aliquod de cetero habere seu clamare, per se vel per alium, poterant nec debebant in decima memorata. Nos etiam omne jus quod habebamus in dicta decima, aut habere seu reclamare poteramus in ea, ex eo quod dicebamus ad nos eam esse devolutam, pro eo quod sine nostra licentia et assensu dictus Willelmus eam vendiderat Templariis, et Matheus supradictus eos sine nostro assensu receperat ad eandem, seu alia ratione quacunque, transtulimus in ecclesiam Sancti Martini supradictam, ipsam decimam eidem ecclesie confirmantes, ab eadem ecclesia imperpetuum quiete et pacifice possidendam, sub annuo censu memorato. In predictorum autem testimonium et munimen, presentes litteras fecimus sigilli nostri appensione muniri.

Datum anno Domini M°. CC°. quinquagesimo nono.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 258.

705.

Enumération des terres dépendant de la ferme de l'abbaye de Saint-Martin à Tenre, au moment de l'entrée dans cette ferme de Watier de Bilehet.

Avril 1259.

Ce sacent cil ki sont et ki avenir sont, qu'en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Jhésu Crist mil CC. et LIX, à le Pasque, quant Watiers de Bilehet entra en le court de Tenre, furent les tieres mesurées; dont il i eut par mesure : deuens le court de Tenre VII boniers XX verges mains; au Kesne XXXVII boniers et demi et XIII verges; à le Savelonnière VII boniers et LX et XVIII verges et demie. Ces tieres furent aviesties de blet. Et s'en i eut aviesties de march à celui jour : où Sart devant le Poxte XVI boniers et LX verges, dont li VI bonier furent semet de vecce et de mesture, et li remanans d'avaine; derrière le Courtil le Fèvre II boniers et une verge; au Mortier

vii journels xvii verges mains; à Seelies i bonier et xxxvi verges; à Rogiercrois xix boniers et demi et iiii^{xx} verges; derrière le Courtil à Baiart ix boniers et demi lxx verges mains, dont il i a semet iiii boniers de blans pois et i bonier de ghoes; en le Gossaude iiii boniers l verges mains; à le Ghieskière .... [1], à Hiermanval xxxv boniers iiii^{xx} et xi verges mains; au Pendutkesne x boniers et i quartier et iiii verghes; où Courtil iii quartiers xxv verges mains. Ces tieres furent adont à ghieskière. Es Granspreis vi boniers et iii quartiers et xxxiiii verghes; ès Marlières c'on apiele les Marlières le Moituier vi journeus; ès Marlières Saint Martin ii boniers et demi xxxii verges mains; en le Pasture à le Wanbieke ii boniers xxxvi verghes mains; où Bruech vii boniers et xxxvii verghes; en Ribetonpret xi journeus et xvi verges; en le tiere à David v journeus; en le tiere derrière le Place demi bonier xv verges mains; en le tiere derrière l'Ausnoit Colart dou Bruech i bonier xxxviii verges mains. Ces ii pièces furent à march. A le Rosière à Othegnies xiii^{xx} verges; en l'autre pièce joignant à celi, demi bonier et xx verges. Ces deus pièces furent aviesties de blet.

Soume de tout : viii^{xx} boniers et xviii boniers et iii quartiers, v verges et demie mains.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 30v.

706.

Le doyen et le chapitre de Beauvais publient les conditions de l'accord intervenu entre eux et le prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte, relativement à une grange et à des dîmes à Coudun.

Juillet 1259.

Datum anno Domini M°. CC°. L°. IX°, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 283 [2].

[1] Le blanc est dans le Cartulaire, mais la suite montre qu'il est possible qu'il n'y ait pas de lacune.

[2] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 255.

707.

La dame de Veele renonce en faveur de l'abbaye de Saint-Martin à tous les droits qu'elle peut avoir sur l'eau qui alimente le moulin de Brazicourt.

Juillet 1259.

Je Ysabiaus, dame de Veele, fas savoir à tous ceals ki ces lettres veront et oront, que cum descors fust entre moi, d'une part, et le glise Saint Martin de Tornai, d'autre, sour chou, si loist à savoir ke je me plaignoie de cele glise, et disoie ke cele église me faisoit tort en chou ke cele église, en non de li, les escluses de l'iaue corrant au molin de Bransicort faisoit refaire et retenir en aucuns lius des rives de cele escluse desrous et destruis, c'est à savoir ès lius ki avoient besoing de refaire et de retenir, chou ke cele église ne pooit faire sens men congiet ou sens men commandement, maiement cum grans partie dou cors de cele iawe decourans et des rives ki sunt delés cele iawe soient en men treffons et en men demaine, si cum je disoie; et cele église desist encontre et affremast k'ele pooit et devoit faire refaire et ratorner et retenir, et k'ele avoiet par plusieurs fiès fait refaire et ratorner et retenir, et que cele église estoit et avoit estet par tant de tens ki ne puet estre ramenés à mémoire, en paisivle possession de faire et de ratorner et de retenir, et de faire refaire, et ratorner et retenir les rives de toute l'escluse devantdite, toutes les fiés qu'ele avoit besoing de ratorner, et de refaire, ensi ke cele iawe par deseur le mollin devantdit puist revenir à sen droit cours et à sen droit fil, ensi cum ele a acoustumet à courre. A la pardefin, je, meue par piété, enquis diligemment de ces choses à preudomes et à bones gens, et trovai et apris ke cele église avoit estet en sa possession et en sa tenure de ces choses devantdites, par tant de tens ke cele église avoit droit et prescription de refaire et de retenir en la manière devantdite les escluses devantdites, se wel et otroi et me consent en chou expresséement ke cele église en sa possession devantdite remaigne paisivlement et quitement d'ore en avant, et ke toutes les fois ke les rives des escluses deseur dites seront desroutes ou destruites, et ke l'iawe de ces escluses par le

défaute de ces rives se courra hors de sen droit cors des escluses devantdites, qu'il loise à cele église et à sen commandement ces rives refaire et ratorner et retenir, et cele iawe ki s'en tornera hors de sen chanel, ensi cum il est dit, faire revenir as escluses de l'iawe devantdite ki cuert delés les lius devantdis, saus toutes voies les aisances de toute cele auwe, et de tout le marés devantdit, à cele dame, as hommes de Veele, et à tous autres selonc chou qu'il li avoient eut duk'au tens d'ore; en tel manière qu'il ne loise mie à aucun encontre les choses devantdites ces rives destruire ou desrumpre, ne l'iawe devantdite tourner hors des rives devantdites, par quoi cele église en la manière devantdite ne puist refaire et retenir ces rives, et l'iawe remetre et faire revenir selon çou que besoins sera, et selonc çou que cele église verra qu'il li sera bon au droit cours et au chanel de cele iawe devantdite, juk'au molin de Bransicort devant nomet. Et promec en bone foit, je Ysabeaus, ke dès ore en avant, par moi ne par autrui n'enpecherai, ne ne ferai enpechier ne destorber, ke cele église devantdite de sadite possession ne joïe ne puist joïr paisivlement et cuitement à tous jors. Et s'il astoit par aventure, çou ke jà n'aviegne ! ke ces choses ou aucunes de ces choses fuissent enpechiés par aucun par quoi cele église de ces choses ne puist joïr quitement et en pais, je Ysabeaus devantdite renderoie, et recounois que je seroie tenue à rendre à le glise devantdite, por ses damages et por ses despens k'ele aroit eut et fais par l'oquoison de ces coses devant dites, XXIIII lb. de Paresis, par tel condition ki mise i est, ke se cele summe d'argent devantdite, par moi ou par mes oirs ou par mes successeurs, astoit rendue à cele église devantdite, toute la descorde devantdite revenroit as parties devantdites en autre tel estat et en autre tel point cum ele astoit au tens et au jor que ces lettres présentes furent faites.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. et CC. ans et LIX, ou mois de juel.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 326.

708.

Le général des Frères-Prêcheurs promet à l'abbaye de Saint-Martin de la faire bénéficier de toutes les prières dites dans les couvents de son ordre.

Tournai, juillet 1259.

Viris religiosis et in Jhesu Christo karissimis, abbati Sancti Martini Tornacensis, et monachis universis ejusdem loci, frater Humbertus, ordinis Fratrum Predicatorum servus inutilis, salutem in omnium salvatore.

Amicitia speciali quam ad nostrum habetis ordinem exigente, concedimus vobis plenam participationem in missis, orationibus, jejuniis, abstinentiis, vigiliis, predicationibus, et ceteris bonis omnibus que per fratres ordinis nostri Dominus per mundum fieri dederit universum. Volumus nichilominus ut anime vestre, post decessum vestrum, recommendentur in nostro capitulo generali, fratrum nostrorum omnium orationibus, si vestri ibidem obitus fuerint nuntiati, et misse et orationes per totum ordinem nostrum injungantur pro vobis, sicut pro nostris fratribus defunctis fieri consuevit. In cujus rei confirmationem et testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum Tornaci, anno Domini M°. CC°. LIX°, mense julio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit n° 35 du Fonds provenant de Cheltenham, p. 345, copie du XIVe siècle.

709.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à Jean Pike, en présence des échevins de Tournai, quatre bonniers et demie de terre qu'elle possédait à Constantin.

Juillet 1259.

Ce sacent cil ki cest escrit veront et oront, ke li abbés et li couvens de Saint Martin de Tornai ont donné à rente perpétuel à Jean Pike IIII bon-

niers et demi de tiere, ke li glise Saint Martin avoit deçà l'Espine de Costentaing, parmi LXX sols de Flamens I denier mains de rente, à paiier perpétuelment, à le saint Rémi V deniers de cens, au Noël XXXV sols III den. mains Flamens, et à le saint Jehan XXXV sols III den. mains de Flamens. Et Jehans devantdis ne puet, ne il ne ses oirs, autre rente ne plus mettre, ne par vendage ne autrement, sour le tiere devantdite, fors les LXX sols I den. mains devant nommés, ne ne puet Jehans ne ses oirs le tiere devantdite ne vendre, ne enwagier, ne mettre en autrui main, fors à le glise Saint Martin, si le glise le viout retenir por tant ke li tiere vauroit loiaument. Et pour çou ke ce soit ferme cose et estavle, si en est fais cyrographes, et livrés en le main des eskievins, si keme Gosson Buciau, Evrart Aletake, Grart de Bari, Willaume de Ghelue, Mahieu Biecdanette, Stievenon d'Anvaing et Jehan Gierri.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. CC. et LIX, el mois de julié.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original en forme de charte-partie. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1014, copie du XVIIIe siècle.

710.

L'évêque de Cambrai notifie les conditions d'un accord intervenu entre l'abbaye de Saint-Martin et le curé de la paroisse de Maulde, pour le partage des produits de la dîme de cette paroisse.

Août 1259.

Universis presentes litteras inspecturis, N[icholaus], Dei gratia Cameracensis episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod cum quedam contentio esset inter viros religiosos abbatem et conventum ecclesie Sancti Martini Tornacensis, ex

una parte, et Johannem nunc rectorem ecclesie de Malda in Brabantia, ex altera, super eo quod idem presbiter dicebat se debere habere quandam certam portionem in decima de Malda, et quibusdam aliis bonis, dictis abbate et conventu hoc negantibus et aliud asserentibus; tandem post multas altercationes, dicti abbas et conventus et presbiter predictus, proborum interveniente consilio, amicabiliter inter se convenerunt et composuerunt in hunc modum, quod idem presbiter, qui solum habere consueverat et debebat sextam partem in decima de Malda, et quicumque pro tempore presbiter fuerit ibidem, ex nunc et imperpetuum percipiet et habebit quartam partem grani totius triturati, et medietatem omnium straminum de omni grano quod triturari contigerit in grangia eorum, hoc salvo quod dicti abbas et conventus in ipsa quarta parte presbiteri, pro eo quod ipsi in grangiam eorum sitam ibidem, sumptibus suis adducent suam partem, decimam partem ejusdem quarte partis habebunt pro sua pena. Item proventus omnes cum minuta decima ad altare dicti loci spectantes et provenientes, idem presbiter habebit mediantibus centum solidis legalis monete, et communiter currentis in illa patria; quos presbiter dicti loci tenebitur hereditarie, duobus terminis per singulos annos, eidem ecclesie solvere, scilicet medietatem eorum in Natali Domini, et reliquam medietatem in Pascha post secuturum. Et si aliquis redditum annuum aliquem legaverit, ut de ipso fiat ejus anniversarium in ecclesia de Malda, singulis annis, pro equali portione, dicti abbas et conventus et presbiter dictum redditum percipient et habebunt. et propter hoc anniversarium dicti legatarii sub communibus expensis ipsorum facere tenebuntur. De redditibus vero collatis ante diem presentis compositionis, pro faciendis anniversariis, dicti abbas et conventus suam portionem, scilicet medietatem, percipient quitam et liberam in futurum, et idem presbiter anniversaria facere tenebitur eorum qui dictos redditus contulerunt, sumptibus propriis ipsius. Nec est pretermittendum quod si qui annui redditus ab aliquo presbitero, ad opus presbiteratus, in elemosinam conferantur, dicti abbas et conventus in eisdem, pro portione sua, contra dictum presbiterum habebunt medietatem. Preterea, si expensas viginti solid. monete predicte vel infra facere contigerit, pro grangia ecclesie Sancti Martini in qua portio bonorum presbiteri ponitur et custoditur retinenda, dictus presbiter de eis satisfacere tenebitur pro rata sua ecclesie predicte. Insuper, in novalibus que prove-

nerunt, et provenerint in futurum, ibidem suam quartam partem secundum formam predictam, solum habebit presbiter antedictus, et ecclesia residuum pro sua portione percipiet et habebit. Et mediantibus supradictis, presbiter dicti loci nichil aliud quam quod superius continetur declaratum, ab ecclesia predicta sive bonis ex dicta parrochia provenientibus poterit postulare De centum autem solidis predictis, habendis terminis predictis, obligat dictus presbiter, et vult quod obligata remaneant ecclesie predicte bona presbiteratus loci predicti. Et si dicta bona perciperet dictus presbiter omnia, et non satisfaceret dicte ecclesie de dictis centum solidis, concedit quod nos per suspensionis et excommunicationis sententiam, si fuerit necesse, ad simplicem querimoniam ecclesie predicte compellamus eundem.

Facta vero compositione predicta, supplicaverunt nobis humiliter dicti ecclesia et presbiter, quod nos hiis nostrum prebentes assensum, ipsam compositionem confirmaremus. Nos autem attendentes quod hec compositio sit ad utilitatem et commodum presbiteratus, litibus et contentionibus etiam finem imponere desiderantes, eandem compositionem, prout superius narrata continetur, laudantes et approbantes, auctoritate pontificali confirmamus; statuentes ipsam in perpetuum ab ecclesia predicta et presbitero ecclesie de Malda firmiter observari. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, litteras presentes ad petitionem predictorum abbatis et conventus et presbiteri de Malda sigillo nostro fecimus sigillari.

Datum anno Domini millesimo CC°. quinquagesimo nono, mense augusto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 31; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 93; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 96.

711.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à Jacques d'Ierin et à Gosse de Canfaing, en présence des échevins de Tournai, la maison appartenant jadis à Evrart de Condé, à Tournai, sur l'Escaut.

Septembre 1259.

Çou sacent chil ki cest escrit veront et oront, que li glisse de Saint Martin de Tornai a werpit et dounet à rente à Jakemon d'Ierin et à Gossun de Canfaing le maisson ki fu jadis Evrart de Condet, tout ensi que li iretages siet devant et deriere sur Escaut, entre le maison Pieron le Tondeur et l'iretage Jehan Careton. De cel iretage devantdit, doivent Jakemes d'Ierins et Gosse de Canfaing à le glisse Saint Martin de Tornai x. lib. et x. s. et v. d. d'Artisiens de rente iretavele par en, si com il vont et iront à rentes en Tornai. S'en doit Jakemes d'Ierins, pour le moitiet de cel iretage au lès deviers le pont, si com il l'ont partit et seuret par leur acort et par l'otroi de l'églisse devantdite, v. s. à le saint Remi de cens, et L s. au Noel, et L. s. à le saint Jehen. Et s'en doit Gosse de Canfaing, pour le siene partie de cel iretage, v. s. et v. d. de cens à le saint Rémi, et L. s. au Noel, et L. s. à le saint Jehen. Et si ne puet Jakemes d'Ierins, ne Gosse de Canfaing, ne autres à qui li iretages devantdis viegne, autre rente acroistre ne aleuer sour cel iretage ki noumés est, se çou n'est par l'otroi et par le volentet de l'églisse devantdite. Et pour çou que çou soit couneute cose et ferme et estable, si en est cirografies fés et livrés en le main des eskievins : Jehans Colemers, Fauke Barons, Dierins del Porc, Jehans de Corbriu, Pieres de Waudripont, Jehans Naicure, Baude Pipars ; tout cist i furent com eskievin.

En l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et LIX, el mois de septembre.

Tournai, Archives communales, Chirographes reliés, tome II, fol. 8 ; chirographe original sur parchemin.

712.

L'abbaye de Saint-Martin échange des rentes qu'elle possédait à Estaimbourg, à Bailleul et à Pecq, contre six bonniers de terre à Dottignies, appartenant à Ernoul de Wanonpret.

Samedi 22 novembre 1259.

Ce sacent cil ki cest escrit veront et oront, que l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. CC. et LIX, le samedi devant le fieste sainte Katerine, fu fais escanges entre le glise de Saint Martin de Tournai et Ernoul de Wanonpret, de VI boniers de tiere d'aluet, parmi manage et parmi tiere, ke Ernous avoit en le parofe de Dotegnies, au liu c'on apiele Wanonpret, à XX rasières et I havot d'avaine de rente par an et I quartruel, et les II parties d'un francart de fourment, et XXII capons et XI aues, et XXV s. de Paresis de rente, et le tierage de trois boniers et XX verges de tiere, ke li glise avoit en le parofe de Stainborc, de Balluel et de Pesc.

Et, pour çou ke on sace ù ces tieres gisent, si sont eles ci escrites. Si doit Gérars de Saus à le saint Remi II den. et demi Lonisiens, I aue, au Noel VIII Lonisiens, I francart de fourment, I capon et demi, III havos d'avaine. Jehans et Watiers, fil Gossuin de Saus, doivent autant à teus tiermines. Baudes Voisins sour II pièces de tiere ki gisent en le Couture de Pesc, à le saint Remi I lonisien et II aues, emmi marc III rasières d'avaine. Cil meismes Baudes, pour le tiere de le Frete, XII Lonisiens. Ernous Roisins pour l'autre partie de cele tiere XII Lonisiens. Jehans li Dus pour pret et pour tiere d'encosté se masure, III Lonisiens, III capons, X havos d'avaine. Engerans, Teris, Watiers, Jehans de l'Ausnoit, II Lonisiens, II capons, II rasières d'avaine. Gérars des Aunes et li oir sen frère, Ide des Aunes, Colars Hanicagne, Gilles li fius Oliver, por les prés des Aunes, à le saint Remi II Lonisiens. Colars Hanicagne, Gilles li fius Oliver, Jehans de l'Ausnoit, pour le tiere de le Frete, IIII Lonisiens, II capons, I rasière d'avaine. Rogiers Baudris pour le tiere sour le voie de Soriel, VI s.

Lonisiens. Cil meismes Rogiers pour I quartier de tiere devant se maison, I Lonisien, I capon, I quartruel d'avaine. Soiers et Hues de l'Estrée pour le tiere en le Ruiele, I Lonisien et I haue. Jakemes de le Jonkière pour le tiere el Cardenoit, I Lonisien, I capon, I quartruel d'avaine. Gilles de Honteustrés pour III quartiers de tiere XXX verges mains, I Lonisien. Hues de l'Estrée et Soiers pour I quartier de tiere as Praiaus, I Lonisien, I quartruel d'avaine. Téris de l'Estrée pour XXVII verges de tiere à l'Estrée, I Lonisien et I capon. Li oir Biernart del Jonkoit, pour V^c^ de tiere à Gaufroitpret, I Lonisien, I capon et I quartruel d'avaine. Jehans Tremius pour se manage, V Lonisiens, V aues, V rasières d'avaine. Baudes de Hontestrées pour I quartier de tiere d'encosté le maison Huon de Barges, I Lonisien. Ogine des Saus pour se masure, XVI Lonisiens, III capons. Maroie de l'Estrée pour II^c^ de tiere à l'Estrée, IIII Lonisiens, I aue. Téris li Fors, pour V quartiers de tiere, IIII Lonisiens, I havot de fourment, II capons, I rasière d'avaine. Jehans de le Jonkière pour III quartiers et demie de tiere au Noel, XVIII s. de Paresis. Gilles Wilars et Jehans se frère pour leur masure, les II parties de II capons et les II parties d'un frankart de fourment. Pieres dou Ruec pour le masure devant se maison, I rasière d'avaine, I capon et I Lonisien. Soiers li Gais pour LXXV verghes de tiere, I Lonisien, I havot d'avaine et une geline. Soume XXV s. Paresis, XXII capons, S. XI aues, XXI havot d'avaine, I quartruel de fourment et les II parties d'un francart de fourment.

Et ce sont li non des pièces ki doivent le tierage. En le première pièce a tierage à Gontiermasure à I bonier de tiere XXVII verghes et demie mains. En Alocamp demi bonier et VIII verges et demie. En le tiere Waucart LXIX verghes. En Rogiersart XVIII^xx^ verghes. A l'Emkée demi bonier. Soume III boniers et XX verghes.

Et pour çou que ce soit ferme cose et estavle, si en est cyrografes fais. S'en a li glise devantdite une partie et Ernous devantdis l'autre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 37^a^.

713.

Le châtelain de Tournai approuve l'échange fait par Ernoul de Wanonpret avec les moines de Saint-Martin, de terres à Dottignies contre des rentes dues à l'abbaye à Estaimbourg, Bailleul et Pecq.

Décembre 1259.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Jhesu Crist mil CC et LIX, el mois de décembre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 261 [1].

714.

Le pape Alexandre IV donne à tous les clercs et moines du diocèse de Tournai le droit de conserver les produits des dîmes qui ont pu leur être remises en gage par des laïques.

Anagni, 22 décembre 1259.

Alexander, episcopus. servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo, et dilectis filiis decano et capitulo Tornacensi, ac aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis, eorumque capitulis, conventibus et collegiis, ac ceteris clericis Tornacensis dyocesis et civitatis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum vos olim quasdam decimas detentas a laicis, in parrochiis ecclesiarum illarum in quibus jus patronatus, seu altaria, vel partem aliquam ipsarum decimarum obti-

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 118.

nebatis, in pignus receperitis a laicis supradictis, et fructus perceperitis ex eisdem, prospicere in hac parte vobis et conscientiis vestris de benignitate solita curaremus. Cum igitur bona hujusmodi sint ecclesiastica, et in nostra plenarie potestate consistant, nos volentes et animarum vestrarum saluti consulere, et vestris indempnitatibus providere, vobis universis et singulis predictos fructus perceptos ex decimis hujusmodi apostolica auctoritate donamus, ita quod illos in sortem nullatenus teneamini computare, nec vos vel successores vestri ad restitutionem hujusmodi fructuum remaneatis quomodolibet obligati, constitutione aliqua non obstante. Per hanc autem gratiam quam vobis specialiter facimus, non intendimus impignorationem de decimis factam a laicis approbare, vel aliquatenus prestare auctoritatem, aut concedere vel promittere quod decime ab ipsis laicis recipiantur in pignus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Anagnie, xi° kalendas januarii, pontificatus nostri anno sexto.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 416; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 5ª.

715.

Enumération des terres appartenant à l'abbaye de Saint-Martin, à Moustier.

Vers 1260.

Des tieres de Moustiers ki furent mesurées.

Terre nostre de Moustiers juxta ortum Walteri de Foellies ii boniers et xlª verges; in terra que dicitur a Moustiers iii journeus xxviii virgas minus, que terra est juxta terram presbiteri; in prato a le Prée dimidium bonarium xxi virgas mains; in terra que dicitur es Bouniers i journel et xxxi virgas; in prato as Gransprés lxviii virgas; in terra et prato as Boniers ii boniers et xxxiiii virgas; in terris au Bieket in terra et prato vi bonier et i journel et xxv virgas; in prato à Robourpret i journel et ii virgas; in terra contigua i bonarium xii virgas minus; in pecia a Haimersart i bonarium et

dimidium xv virgas minus; in terra juxta domum Andree vi journeus et xliii virgas; in Prato lxx virgas. Summa xvi bonaria et dimidium et lxxvii virgas. In masura que fuit Willelmi Roussiel, iii quartaria xvi virgas minus; in alia pecia quam emimus ab eodem i quartarium et xxxiii virgas. Summa xvii bonaria et iii quartaria vi virgas minus.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 32°.

716.

Enumération des terres et cens à Popuelle et Forest, que le seigneur Gossuin de le Val tient en fief de l'abbaye de Saint-Martin.

Vers 1260.

Terre quas recepit dominus Gossuinus de Valle in feodum ab ecclesia nostra :

En le Planke à Archimont ii boniers; en Ogi vi jorneus; en l'Estokoit iii jorneus. Iste terre jacent in parrochia de Popiole.

Item, in parrochia de Foriest, in loco qui dicitur ès Soutreus, iii jorneus. Item iii s annui census quos habebat super octo bonaria terre in parrochia de Foriest.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol 33° [1].

[1] *Ibidem*, dans le Cartulaire 128, au folio 2°, on retrouve une note analogue, mais rédigée en français.

717.

Désignation des trois bonniers de terre à Béclers que Gontier de Quarte tient en fief de l'abbaye de Saint-Martin.

Vers 1260.

Gonterus de Quarta tenet ab ecclesia nostra tria bonaria terre arabilis sita in parrochia de Beclers, quorum septem quartaria sita sunt in cultura que vocatur Nodoncouture, contigua cuidam terre domini Egidii de Quarta, et alia v quartaria sita sunt ex altera parte vie.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 55ᵃ [1].

718.

Enumération des terres appartenant à l'abbaye de Saint-Martin au village de Vezon.

Vers 1260.

Des tieres de Veson.

A le Fontaine III jorneus XXX verges mains. Au Sentiel I journel et demie verge. Au Loncbonier II boniers et XXIII verghes. As Trois quartiers demi bonier et LXVI verges et demie. As Arbrisseaus III jorneus et LXIII verges As Fourkes I bonier XXX verges mains. As Roiaus sour le rue I quartier et XVI verges. A le rue de Fontenoit IIII quartiers III verges et demie mains. As Evis V quartiers XII verges mains Au Mont III jorneus et III verges. A Lambiertcamp demi bonier et demi quartier et demie verghe. A Riopret I bonier et LXXIIII verghes. A Gouselinbounier V quartiers et XXXVIII verges. A Gillebiertcourtil III boniers XXXIIII verges mains. A Guiarsart III quartiers III verges mains. As Buskiaus II boniers et demi

[1] Une note semblable, mais en français, se retrouve dans le Cartulaire 128 des Archives du royaume, au folio 2ᵃ.

xxxv verges mains. A Libausart v quartiers et vi verges. A Agoulant Faveril i bonier et xl verghes. A Flobiertcamp iii quartiers xxx verges mains. A Metpret demi bonier et xxiii verghes. A Ribautcamp vii quartiers et xxxiiii verges. A Floritmont iii quartiers ii verges mains. A Boucenies iii boniers xxxiii verges et demie mains. A Libiertsart ii boniers et demi ii verges mains. A Eiwis à Biertaincrois vii quartiers et demi et iii verges. A le Couture iiii boniers et i quartier et xxv verges. A Waukierbonier iii quartiers et xix verges et demie. A Couturele demi bonier iiii verges mains. A Danhierbus v quartiers et demi iii verges et demie mains. Au Tierice i bonier et xx verghes et demie. Par defors les Fossés del Manage iii boniers et i quartier xii verges mains. Par defors en le Prée iiii^xx et v verghes. A Roiaus, en le tiere à tierce garbe, viii^xx verges i mains. A Harditcamp demi bonier et lxviii verghes de tiere à tierce garbe.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol 36°.

719.

Enumération des terres appartenant à l'abbaye de Saint-Martin au village de Maubrai.

Vers 1260.

A Maubrai.

A Vesenciel, sour le pire deviers le bos, v quartiers et xiii verghes et demie. D'autre part le pire, iii boniers et i quartier et vi verges. A l'Ausnoit i bonier et lvii verghes. A le tiere au Raubies ii boniers xviii verges mains. Au pret au Raubies ii boniers et demie viii verges mains. Au Vivier de Maubrai i bonier vi verges mains. A Bauduinbonier i bonier ix verges mains. A le Roe iii quartiers et demie et vi verges et demie. A Heluitbuisson iii boniers et xiii verges. A Saint Amant camp iiii boniers et demie xvi verghes mains.

Summe xx boniers et demie xi verges mains.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 37°.

720.

Enumération des terres achetées par l'abbaye de Saint-Martin à Thieulain.

Vers 1260.

Emimus apud Thieulaing dimidium bonarium et v virge (*sic*) terre, ad locum qui dicitur supra Spinetum, juxta vicum; cujus terre bonarium debet vi den. census domino Alexandro de Denaing. Item ultra viam sicut itur apud Dours, ix^{xx} virge et vi. Item juxta prata del Rues, i quartier ii virge minus; cujus terre bonarium debet v den. census domino Roberto de Malda. Item contra Plasnoit vi^{xx} verges et ii; hec tenetur de Sancto Petro de Lutosa sine censu.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 40°.

721.

Le pape Alexandre IV autorise l'abbaye de Saint-Martin à acheter les dîmes appartenant à des laïques dans les paroisses qui échappent à son autorité, pourvu qu'elle ait le consentement des curés de ces paroisses et des évêques diocésains, et à condition qu'elle s'engage à revendre ces dîmes auxdits curés s'il leur plaît de les racheter.

Anagni, 9 janvier 1260.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut in parrochiis alienis liceat vobis decimas redimere de manibus

laicorum, dummodo ad id dyocesani episcopi et rectores ecclesiarum ad quas decime ipse spectant accedat assensus, sufficienti a vobis cautione prestita, quod ecclesiis ipsis eas restituere teneamini, quandocumque ab earum rectoribus, de precio quod pro eis dederitis, vobis fuerit satisfactum. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Anagnie, v° idus januarii, pontificatus nostri anno sexto.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 417.

722.

Le seigneur de Cysoing ratifie la vente du terrage de trois bonniers de terre à Camphin, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jean Hainaut et sa femme Marie.

Février 1260.

Jou Hellins, sire de Cysoin, fac asavoir à tous ciaus ki cest escrit veront et oront, ke Jehans Hainnaus, mes hom de fief, et Maroie, se feme, ont vendut à le glise de Saint Martin de Tornai, bien et par loi, le tierage de trois bouniers de tiere, pau plus pau mains, ke Jehans et Maroie, se feme, devantdit, avoient en le tiere Saint Martin à Canfaing. Et de ces trois bouniers gisent au Rukeruel doi bounier, et desous le Rukeruel et as Gieskières de Borgiele li remanans. Et si fu Maroie devantdite rasenée por le tierage devantdit, por le raison de sen douare, au tierage de quatre bouniers d'autre tiere c'on tient de mi en fief. Et si en fu li glise de Saint Martin aïretée bien et par loi del tierage devantdit, par le jugement de mes homes ki jugier en doivent et pueent par droit, par men otroi et par le gret d'Alart Maceklier, justice monsigneur Willaume de Grimberghes, et dame Sibiliien, me mère. Et si le doit tenir li glise Saint Martin de Jehan Hainnau et de son hoir iretavlement, parmi deus deniers Lonisiens de cens caiscun an, à païer le jour saint Remi, à teus us et à teus coustumes ke li glise li doit ses autres cens. Et por çou ke li vendages, et li rasenemens, et

toutes les coses devantdites ki bien sunt faites et par loi, par mon otroi et à le soumonse Alart Maceklier, et par le jugement de mes homes, pers Jehan Hainnau devantdit, Ansiaus d'Alennes. Teris de Pesc, Jehans de Monnes, Willaumes del Frasnoit, Gillion de l'Annoit, chevaliers, Jehans de Lers, Willaumes de Touflers, Gossuins de Wastines, Jehans de Tieferies, et Jehans de Wasnes, et si i furent li homme de cens Jehan Hainnau, Jehans li Wantiers, Robues li Carpentiers, Gossars Gieskière, Monnars d'Eskamaing, et Simons Moriaus, soient fermes et estavles. jou Hellins, sires de Cysoin, à le requeste de Jehan et de se feme, j'ai pendu men propre saiiel, et ai promis à le glise devantdite à warandir par ces présentes lettres contre tous si comme sire.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Jhésu Crist mil deus cens et LIX, el mois de février.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 39; original jadis scellé sur lacs de soie jaune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 194.

723.

L'official de Tournai constate que les prévôts et jurés de Tournai, d'une part, l'abbé et les moines de Saint-Martin, de l'autre, ont reconnu que l'ouverture pratiquée dans le mur d'enceinte de la Cité de Tournai, derrière la halle, ne peut porter préjudice à personne, et n'implique aucun changement dans les droits respectifs de l'abbaye et de la ville de Tournai.

Mars 1260.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum quedam apertura esset facta a prepositis et juratis Tornacensibus in muro Civitatis Tornacensis, retro halam, inter portam que dicitur Sancti Martini et murum per medium fossati

cingentis dictam Civitatem, dictis prepositis et juratis pro se et pro tota communitate Civitatis Tornacensis in jure coram nobis constitutis, ex una parte, abbate et conventu Sancti Martini Tornacensis, ex altera, dicte partes recognoverunt coram nobis, et in hoc specialiter consenserunt, quod factum per dictam aperturam, seu etiam dicta apertura, neutri parti prejudicet, sed non obstantibus predictis apertura et facto per dictam aperturam, jus utriusque partis, sicut ante dictam aperturam fuerat, remaneat integrum et illesum. In cujus rei testimonium, presentibus litteris, ad instantiam partium predictarum sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum

Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 57.

724.

Guy, comte de Flandre, et sa femme Mehaut, ratifient la vente de cinq bonniers de terre à la Marlière, entre Lamain et Baisieux, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Jean du Molinel.

Mars 1260.

Jou Guis, quens de Flandres, et Mehaus, me femme, dame de Béthune et de Tenremonde, faisons asavoir à tous chiaus ki ces letres veront et oront, ke Jehans del Molinel, chevaliers, a vendut à le glise de Saint Martin de Tornay, bien et par loy, v bouniers de terre, pau plus pau mains, k'il tenoit de Gontier de Mouschin, et Gontiers le tenoit del signeur de Antoint, et li sires de Antoint de mi keme signeur de Tenremonde; liquele terre gist à le Marlière entre Lamaig et Basiu. Et si en est li glise aïretée bien et par loi par chiaus ki jugier empuent et doivent. Et si le reprist li glise à tenir de Gontier iretavlement, parmi II Lœnisiens de cens cascun bonier. Et por çou ke cis vendages ki bien est fais et par loy soit fermes et estavles

à le glise Saint Martin devant noumée, nos le confermons tout ensi k'il est escris en le chartre Gontier devantdit, et prometons par nos présentes letres à warandir encontre tous hommes à le glise devantdite, si keme sovrains sires.

Ce fut fait l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhésu Crist M. CC. LIX, el mois de marc.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 39; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 186; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 290, copie de 1685.

725.

Le seigneur de Heule et sa femme ratifient la vente de la dîme de Wevelghem et de la moitié du droit de collation de la cure de cette paroisse, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Willelmus Boulengarius et sa femme Catherine.

Mars 1260.

Ego Sygerus, dominus de Huela, et Ysabella, uxor mea, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Willelmus Boulengarius, filius quondam domini Ghiselini de Strata, et Katerina, uxor ejus, bene et legitime vendiderunt monasterio Sancti Martini Tornacensis, illustris domine Margarete, Flandrie et Haynonie comitisse, ac nostro interveniente consensu pariter et assensu, totam decimam de Wevlenghem, cum medietate personatus loci ejusdem; quam decimam cum medietate personatus tenebant ibidem a nobis in feodum dicti Willelmus et Katerina, uxor ejus, et hoc precio quatuordecies viginti librarum et LXX[a] solidorum Flandrensium novorum, de quibus recognoverunt sibi a dicto monasterio in parata et numerata pecunia esse plenarie satisfactum. Et eandem decimam, cum medietate personatus predicti, werpiverunt secundum legem patrie in presentia nostra et hominum nostrorum, videlicet : Sygeri de Mouscre, militis, Michaelis dicti Waigne, Danielis de le Poppre, Willelmi, fratris dicti

Danielis, Johannis de le Poppre [1], Rogeri Zoutart, Stephani de Huela, Henrici de Bounarde, Wetini le Wale et Johannis Hadric, parium Willelmi predicti, et reportaverunt in manus nostras, bene et ad legem, ad opus monasterii memorati; ita quod homines nostri predicti, pares ipsius Willelmi, a nobis submoniti dixerunt per judicium quod bene et ad legem facte fuerant venditio, werpitio et reportatio supradicte. Et professi fuerunt dicti Willelmus et Katerina, uxor ejus, in presentia nostra et hominum nostrorum predictorum, precium dicte venditionis in utilitatem et commodum ipsorum totaliter esse conversum, necnon et dictas venditionem, werpitionem et reportationem se fecisse pro paupertate sua urgente, et evidenti utilitate, et ad evitandum pejorem contractum quem ipsos oportuisset incurrisse, nisi fecissent venditionem antedictam; quod etiam homines nostri predicti a nobis submoniti, per judicium dixerunt et recognoverunt coram nobis.

Nos autem Sigerus et Ysabella, uxor mea, predicti, dictas decimam et medietatem personatus reddidimus et reportavimus bene et ad legem in manus domni Egidii, tunc temporis prepositi dicti monasterii, ad opus ejusdem monasterii, ab omni servicio et dominio feodali, et ab alio onere liberas penitus et exemptas, a dicto monasterio in perpetuum pacifice possidendas; de predictis decima et medietate personatus investientes bene et ad legem monasterium memoratum; ita quod homines nostri predicti, a nobis submoniti, dixerunt per judicium quod dictum monasterium bene erat et ad legem de predictis investitum, ab eo in perpetuum sine servicio feodali et alio onere possidendum, et quod dictus Willelmus et ejus heredes nullum jus de cetero reclamare poterant in premissis. Aelidis autem, mater dicti Willelmi, omne jus quod habebat aut habere poterat in predictis, ratione dotis vel assignamenti propter nuptias, vel alia quacunque ratione, quitavit bene et ad legem, et per advocatum sibi datum ad legem resignavit et reportavit in manus nostras, ad opus dicti monasterii, et nos ipsum reddidimus et contulimus bene et ad legem monasterio sepedicto. Promisit etiam dicta Aelidis coram nobis et hominibus nostris, fide et corporali sacramento interpositis, quod nullum jus de cetero reclamabit in aliquo premissorum, nec ipsum monasterium, per se vel per alium, super hiis vel

[1] La copie de la page 313, dans le Cartulaire 121 de Bruxelles, porte *Johannis le Portre.*

horum aliquo molestabit. Sciendum est insuper quod Katerina, uxor dicti Willelmi, renuntiavit in nostra presentia et hominum nostrorum predictorum omni juri quod habebat aut habere poterat in futurum in predictis, ratione dotis vel assignamenti propter nuptias, vel alia ratione quacunque; promittens sub fide et juramento corporali prestitis, coram nobis et hominibus nostris, quod nullum jus in predictis de cetero reclamabit, nec dictum monasterium per se vel per alium molestabit super aliquo predictorum. Ut autem omnia et singula, prout sunt superius enarrata, rata et firma permaneant in futurum, ego Sigerus predictus, pro me et Ysabella, uxore mea predicta, que premissis omnibus expresse consensit bene et ad legem, et per advocatum sibi datum ad legem, presentes litteras sepedicto monasterio Sancti Martini Tornacensis tradidi, sigilli mei munimine roboratas; supplicans tam pro me quam pro dicta uxore mea, illustri domine mee Flandrie et Haynonie comitisse, a qua feodus de quo fit mentio in litteris supradictis descendebat, ut monasterio sepedicto predicta omnia et singula roboret et confirmet.

Datum et actum anno Domini M°. CC°. L°. IX°, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, pp. 310 et 313, copies du XIII[e] siècle.

726.

L'official de Tournai vidime la charte précédente, et constate la parfaite régularité de la vente qu'elle concerne.

Lundi 29 mars 1260.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, nos litteras viri nobilis Sigeri, domini de Huela, et Ysabelle, ejus uxoris, vidisse in hec verba :

« Ego Sigerus, dominus de Huela », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Insuper, dictus Willelmus Boulengarius, filius quondam domini Ghise-

lini de Strata, Katerina, uxor ejus, et Aelidis, mater dicti Willelmi, in nostra propter hoc presentia constituti, omnia et singula que in litteris suprascriptis continentur, recognoverunt in jure esse vera, et ea omnia et singula approbaverunt et laudaverunt coram nobis, suum consensum adhibentes expressum. Et promiserunt dicti Willelmus Boulengarius dictus, Katerina, uxor ejus, et Aelidis, mater dicti Willelmi, fide et juramento ab ipsis corporaliter prestitis coram nobis, quod de cetero contra contenta vel aliquod de contentis in litteris supradictis, per se non venient in futurum, aut per alium venire procurabunt, ratione minoris etatis, vel lesionis cujuslibet, aut quia in predicto contractu non essent adhibite omnes sollempnitates que in talibus secundum legem et consuetudinem patrie fieri consueverunt. Nec est pretermittendum quod dicte Katerina et Aelidis, mater dicti Willelmi, renunciaverunt expresse, coram nobis, omni juri quod eis competere poterat in dictis decima et medietate personatus, ratione dotis, dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus, assignamenti, elemosine, seu qualibet alia ratione; promittentes fide et juramento ab ipsis prestitis coram nobis, quod contra predictam renuntiationem non venient per se vel per alium, ratione premissorum seu alia ratione, sed permittent dictum monasterium de dictis decima et medietate personatus in posterum gaudere pacifice et quiete, sine reclamatione qualibet ab ipsis seu eorum successoribus facienda. Concesserunt etiam dicti Willelmus Boulengarius, Katerina, ejus uxor, et Aelidis, mater dicti Willelmi, quod si contra premissa vel aliquod premissorum ipsos vel aliquem de ipsis venire contingeret, quod absit! quod nos ipsos vel illum qui contraveniret ad desistendum et ad supradicta firmiter observanda, per sententiam excommunicationis compellamus se et eorum heredes ad premissa omnia et singula firmiter observanda, coram nobis tenore presentium specialiter obligantes et nostre jurisdictioni se quantum ad hoc supponentes ubicunque commorentur. Juraverunt nichilominus predicte Katerina et Aelidis, quod premissa faciebant non vi non metu inducte, non coacte, sed spontanea voluntate, non ignorantia aliqua, sed ex conscientia certa, urgente neccessitate, propria utilitate pensata. Et in predictis omnibus et singulis renuntiaverunt expresse predicti Willelmus dictus Boulengarius, Katerina, ejus uxor, et Aelidis, mater dicti Willelmi, exceptioni non numerate pecunie non solute, beneficio restitutionis in integrum, et beneficio per

quod subveniri solet eis qui ultra dimidiam justi precii asserunt se deceptos, beneficio juris, metus causa, non numerate dotis, beneficiis, privilegiis et indulgentiis sibi a domino papa seu ejus legatis concessis, aut etiam in posterum concedendis, et generaliter omnibus exceptionibus facti et juris scripti et consuetudinis, necnon omnibus auxiliis et remediis que possent dicto monasterio obesse contra presentes litteras aut contenta in eisdem, et dictis Willelmo, Katerine et Aelidi prodesse. In cujus rei testimonium, presentibus litteris, ad instantiam Willelmi, Katerine et Aelidis predictorum, sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum.

Actum anno Domini M°. CC°. L°. IX°, feria secunda post Ramos palmarum.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 312.

727.

L'abbé de Saint-Martin promet de donner chaque jour un pain semblable à ceux que reçoivent les moines de son abbaye, à Renier Losquegnous et à sa femme Julienne, en considération du don de cinquante livres Tournois qu'ils ont fait au monastère.

1260.

Universis presentes litteras visuris, R[adulphus], divina permissione Sancti Martini Tornacensis abbas, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Cum Renerus dictus Losquegnous, civis Tornacensis, et Juliana, ejus uxor, ecclesie nostre quinquaginta lib. Turonensium ob anime sue remedium contulerint, et has quinquaginta lib. Turonensium in acquisitionem hereditatis ad opus ecclesie nostre posuerimus, nos consideratis ipsorum circa nos et ecclesiam nostram affectu ac liberalitate, panem unum cotidie talem qualis uni monachorum nostrorum datur in die pro prebenda, ipsis quamdiu vixerint contulimus capiendum Tornaci, in monasterio nostro;

nolentes quod per mortem alterius eorum alteri aliquid derogetur. sed superstex, quamdiu vixerit, panem habeat memoratum. In hujus rei testimonium presentes litteras dictis Renero et Juliane tradidimus. sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 9°.

728.

Robert, seigneur de Wavrin, sénéchal de Flandre, et Mathilde, sa femme, ratifient la vente des dîmes à Wielsbeke et Vive-Saint-Bavon, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Michel de Lembeke et sa femme, qui les tenaient d'eux en fief.

Avril 1260.

Ego Robertus, dominus de Wavrin, senescaldus Flandrie, et ego Mathildis. uxor ejus. notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Michael de Lembeke, miles, et Beatrix, uxor ejus, bene et legitime vendidit (*sic*) monasterio Sancti Martini Tornacensis, nostro interveniente consensu pariter et assensu, totam decimam quam habebant in parrochiis de Willebieke et Sancti Bavonis de Fivia, personatus ecclesie Sancti Martini predicti, quam decimam tenebant ibidem a nobis in feodum dicti Michael et Beatrix. uxor ejus. facta prius in ecclesia bene et ad legem ac secundum patrie consuetudinem proclamatione decime supradicte. et hoc precio sedecies viginti librarum Flandrensium novorum, de quibus recognoverunt sibi a dicto monasterio in parata et numerata pecunia esse plenarie satisfactum. Et eandem decimam werpiverunt secundum legem patrie dicti Michael et Beatrix, uxor ejus, per advocatum sibi ad legem datum, in presentia nostra et hominum nostrorum. videlicet : Walteri. castellani de Fivia, Henrici Ghierstelinc. Walteri de le Vive, Egidii, custodis ecclesie Sancti

Bavonis, Egidii de Brocho, Willelmi dicti Man, Johannis dicti Symplaire, et Johannis dicti Ketel, parium Michaelis predicti, et reportaverunt in manus nostras, bene et ad legem ad opus monasterii memorati, ita quod homines nostri predicti, pares ipsius Michaelis, a nobis submoniti dixerunt per judicium, quod bene et ad legem facte fuerant venditio, werpitio et reportatio supradicte. Et professi fuerunt dicti Michael et Beatrix, uxor ejus, in presentia nostra et hominum nostrorum predictorum, precium dicte venditionis in utilitatem et commodum ipsorum totaliter esse conversum, necnon et dictas venditionem, werpitionem et reportationem se fecisse pro sua utilitate evidenti. Quibus venditioni, werpitioni et reportationi Michael, filius dictorum Michaelis et ejus uxoris primogenitus, consensit et eas coram nobis et hominibus nostris predictis laudavit et approbavit, renuntiando expresse coram nobis et hominibus nostris sepedictis, omni juri quod ei competebat vel competere poterat in futurum in decima memorata.

Nos autem Robertus et Mathildis, uxor ejus, predicti, dictam decimam reddidimus et reportavimus bene et ad legem in manus domni Egidii de Cella, et domni Egidii dicti Loskegnuel, monachorum dicti monasterii, ad opus ejusdem monasterii, ab omni servicio et dominio feodali, et ab alio onere liberam penitus et exemptam, a dicto monasterio in perpetuum pacifice possidendam, salva tamen nostra justicia in omnibus forefactis seu commissis, que in fondo sive supra fondum dicte decime in posterum contigerit perpetrari; de predicta decima investientes bene et ad legem monasterium memoratum, ita quod homines nostri predicti, a nobis submoniti dixerunt per judicium, quod dictum monasterium de predicta decima bene erat et ad legem investitum ab eo in perpetuum, sine servicio feodali et alio onere possidenda, salva nostra justicia prout superius est expressum, et quod dicti Michael, Beatrix, uxor ejus, et eorum heredes nullum jus de cetero reclamare poterant in eadem. Sciendum est etiam quod Beatrix, uxor dicti Michaelis, renuntiavit in presentia nostra et hominum nostrorum predictorum, omni juri quod habebat aut habere poterat in futurum in predicta decima ratione dotis vel assignamenti propter nuptias, seu alia quacumque ratione, promittens sub fide et juramento corporali ab eadem prestitis coram nobis et hominibus nostris, quod nullum jus in predicta decima de cetero reclamabit, nec dictum monasterium super eadem decima

per se vel per alium molestabit. Ut autem omnia et singula, prout sunt superius enarrata, rata et firma permaneant in futurum, ego Robertus et ego Mathildis, uxor ejus, predicti, ad preces dictorum Michaelis et ejus uxoris, presentes litteras sepedicto monasterio Sancti Martini Tornacensis tradidimus, nostrorum sigillorum munimine roboratas, fideliter promittentes quod dictam decimam tanquam dominus garandizabimus erga quoscumque, monasterio sepedicto, supplicantes nichilominus illustribus G[uidoni], comiti Flandrie, et M[athildi], uxori ejus, domine de Bethunia et de Tenremonde, tanquam superioribus dicti feodi, ut monasterio supradicto premissa omnia et singula roborent et confirment.

Datum et actum anno Domini M°. CC°. LX°. mense aprili.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 360.

729.

L'official de Tournai vidime la charte précédente et constate la parfaite régularité de la vente qu'elle concerne.

Vendredi 9 avril 1260.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos litteras viri nobilis Roberti, domini de Wavrin, senescaldi Flandrie, et Mathildis, ejus uxoris, vidisse in hec verba :

« Ego Robertus, dominus de Wavrin », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Insuper, dictus Michael de Lembebe, miles, Beatrix, uxor ejus, et Michael, filius eorum primogenitus, coram Egidio de Wallers, clerico, notario curie Tornacensis, ad hoc a nobis specialiter deputato, propter hoc constituti, omnia et singula que in litteris suprascriptis continentur, recognoverunt esse vera, et ea omnia et singula approbaverunt coram dicto notario, ut

nobis retulit idem notarius, suum consensum adhibente expressum. Et promiserunt dicti Michael, miles. Beatrix, uxor ejus, et Michael, eorum filius, fide et juramento ab ipsis corporaliter prestitis coram ipso notario, quod de cetero contra contenta vel aliquod de contentis in litteris supradictis, per se non venirent in futurum, aut per alium venire procurabunt, ratione minoris etatis vel lesionis cujuslibet, aut quia in predicto contractu non essent adhibite omnes sollempnitates que in talibus secundum legem aut consuetudinem patrie fieri consueverunt. Nec est pretermittendum quod dicta Beatrix, uxor dicti Michaelis, militis, renuntiavit expresse coram dicto notario omni juri quod ei competere poterat in dicta decima, ratione dotis, dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus, assignamenti, elemosine, seu qualibet alia ratione; promittens fide et juramento ab ipsa prestitis coram dicto notario, quod contra predictam renunciationem non veniet, per se vel per alium, ratione premissorum seu alia ratione, sed permittet dictum monasterium de dicta decima in posterum gaudere pacifice et quiete, sine reclamatione qualibet ab ipsa seu ejus successoribus facienda. Concesserunt etiam predicti Michael de Lembieke, miles, Beatrix, uxor ejus, et Michael, eorum filius, quod si contra premissa vel aliquod premissorum ipsos vel aliquem de ipsis venire contingeret, quod absit! quod nos ipsos vel illum qui contraveniret, ad desistendum. et ad supradicta firmiter observanda, per sententiam excommunicationis compellamus, se et eorum heredes ad premissa omnia et singula inviolabiliter observanda, coram memorato notario tenore presentium specialiter obligantes, et nostre jurisdictioni se quantum ad hoc supponentes ubicunque commorentur. Juravit nichilominus predicta Beatrix, uxor dicti Michaelis, quod premissa faciebat non vi, non metu inducta. non coacta, sed spontanea voluntate, non ignorantia aliqua, sed ex conscientia certa, propria utilitate pensata. Et in predictis omnibus et singulis renuntiaverunt expresse predicti Michael de Lembieke, miles, Beatrix, uxor ejus, et Michael, filius eorum primogenitus, exceptioni non numerate pecunie non solute, beneficio restitutionis in integrum, et beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidiam justi precii asserunt se deceptos, beneficio juris, metus causa, non numerate dotis, beneficiis, privilegiis et indulgentiis sibi a domino papa seu ejus legatis concessis aut etiam in posterum concedendis, et generaliter omnibus exceptionibus facti et juris scripti, et consuetudini,

necnon omnibus auxiliis et remediis que possent dicto monasterio obesse contra presentes litteras aut contenta in eisdem, et dictis Michaeli, militi, Beatrici, ejus uxoris, et Michaeli, filio eorumdem, prodesse. Premissis autem omnibus et singulis coram prenominato notario actis, prout superius est expressum, interfuerunt homines de quibus mentio habetur in litteris dictorum senescaldi et ejus uxoris suprascriptis, et alii probi viri ad hoc ab ipso notario specialiter evocati, videlicet : Robertus, presbiter Sancti Bavonis de Fivia, et Johannes, presbiter de Willebeka, ut nobis retulit notarius memoratus. Nos igitur eadem omnia et singula coram ipso notario, sicut ex relatione ejusdem didicimus acta, rata habemus et grata, tanquam facta in jure coram nobis. In cujus rei testimonium, presentibus litteris, ad instantiam Michaelis, militis, Beatricis, ejus uxoris, et Michaelis, filii ipsorum, sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum.

Actum anno Domini M°. CC°. LX°, feria vi^a ante dominicam qua cantatur Quasimodo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 360.

730.

Le pape Alexandre IV autorise les clercs et les moines du diocèse de Tournai à percevoir les fruits des dîmes qui leur ont été engagées par des laïques, et les dispense de tenir compte aux possesseurs de ces dîmes de la perception desdits fruits.

Anagni, 17 avril 1260.

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo, et dilectis filiis decano et capitulo Tornacensi, ac aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis, earumque capitulis, conventibus et collegiis, necnon et ceteris clericis Tornacensis Civitatis et dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum vos quasdam

decimas detentas a laicis in parrochiis ecclesiarum illarum in quibus habetis jus patronatus, vel altaria, seu partem aliquam decimarum ipsarum teneatis in pignus a laicis supradictis, et ipsi laici eas a vobis redimere pro sue voluntatis arbitrio pretermittant, providere vobis super hoc salubri remedio curaremus. Cum itaque hujusmodi bona ecclesiastica in nostra plene dispositione consistant, vobis universis et singulis, auctoritate presentium indulgemus, ut si dicti laici a vobis non redemerint decimas memoratas, ne propter moram hujusmodi vobis vel locis vestris posset aliquod dispendium imminere, liceat vobis et successoribus vestris, donec ab eis redempte fuerint hujusmodi decime, facere fructus vestros interim percipiendos ex ipsis, eosque non teneamini computare in sortem, nec vos aut successores vestri ad restitutionem ipsorum fructuum remaneatis quomodolibet obligati. Nulli ergo. etc. Si quis autem, etc.

Datum Anagnie, xv° kalendas maii, pontificatus nostri anno vi°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 415; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 1ª.

731.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, vidime et approuve l'acte par lequel le seigneur de Heule et sa femme ont ratifié la vente de la dîme de Wevelghem, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Willelmus Boulengarius et sa femme.

Mai 1260.

Nos Margareta, Flandrie et Haynoie comitissa, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, nos litteras dilecti et fidelis nostri Sygeri, domini de Huela, et Ysabelle, ejus uxoris, vidisse in hac forma :

« Ego Sygerus, dominus de Huela », etc. (*Suit le texte de la charte de mars 1260, publiée sous le n° 725.*)

Nos autem Margareta, comitissa superius nominata, predicta omnia et singula profitemur facta fuisse de consensu et voluntate nostra, et ipsa omnia et singula rata et grata habentes, ad petitionem Sigeri, domini de

Huele, et Ysabelle, uxoris ejus, predictorum, laudamus, approbamus, et tanquam terre domina confirmamus. In cujus rei testimonium et munimen perpetuum, presentes litteras predicto monasterio tradidimus, sigilli nostri appensione roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°, mense maio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune[1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 310.

732.

Jean, comte de Roucy, renonce, en faveur de l'abbaye de Saint-Martin, à tous les droits de chasse et de pêche qu'il prétendait avoir dans les bois et les eaux de cette abbaye à Luvry et à Brazicourt.

Juin 1260.

A tous ciaus ki sunt et ki avenir sunt, je Jehans, cuens de Rouci, salus en Nostre Segneur.

Cum descors fust entre moi, d'une partie, et l'abbé et le couvent de Saint Martin de Tornai, d'autre partie, sor ce que je disoie que je avoie men usaige de chacier ès bos de Bransicort et de Luvri, liquel sunt de l'abbé et dou couvent devantdis, et seur ce que je disoie ausi que je avoie mon aisement dou peschier ès eaues de cele église; et li abbés et li couvens encontre disoient que je nul droit ne nul usaige n'avoie ès bos ne ès eawes deseuredis; en la parfin, par consel de bones gens, de ce descort soumes entre nous venut à pais et à concorde en la manière ki ci desous sera escrite et devisée. C'est asavoir que je, cuens deseure només, tout le droit que je avoie, se point en i avoie et pooie avoir et devoie en la pescherie des eaues et en la chacerie des bos deseuredis, doins en aumosne et quic à tous jours et permenablement à l'abbé et au couvent deseure nommés. Et se il avenoit que je ou mes gens peschissiens ou chassissiens d'ore en

[1] Il n'est plus possible aujourd'hui d'utiliser cet original.

avant ès eaues ne ès bos deseure dis, si wel je et en ce me consent je et sui consentus que usaiges, possessions, ne tenure ne vaille nulle chose, ne puist valoir à moi ne à mes oirs. Et à ceste pais et à toutes ces coses fermement à tenir et à warder à tous jours, je oblige moi et mes oirs.

Et je Ysabel, feme le conte deseure noumet, la pais et l'ordenance de la pais tout ensi comme ele est ci deseure escrite et devisée, wel, loe, grée et otroi, et promec et ai promis par ma foi corporel, par ma plaine volenté et sans force faisant; et de ce faire loer, gréer, et otroier m'a donné mes sires et mes maris deseure només sen poir et sa signorie. Et je sen poir et sa signorie de ce faire ai pris à gré que je, encontre la pais et l'ordenance deseure escrite, par raison de doaire ne par autre raison, n'irai à nul jor encontre par moi ne par autrui. Et je Jehans, cuens deseure nommés, reconnois que je ai doné à Ysabiel, ma feme deseure nomée, men pooir et ma signorie de gréer et d'otroier toutes les choses deseure nommées et escrites. Et por ce ke toutes ces choses soient plus fermes et seures à tous jors, je et Ysabeaus, ma feme deseure nommée, en avons doné ces présentes lettres, seellées de nos propre seaus.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LX, el mois de jun.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 322.

733.

Le chevalier Michel de Lembeke déclare avoir reçu de l'abbaye de Saint-Martin les trois cent vingt livres Parisis qu'elle lui devait parce qu'il lui avait vendu ses dîmes de Wielsbeke et Vive-Saint-Bavon.

Jeudi 3 juin 1260.

Universis presentes litteras visuris, Michael de Lembeke, miles, salutem in Domino.

Universitati vestre notum facio quod cum ego et Beatrix, uxor mea,

totam decimam quam habebamus in parrochiis de Willebeke et Sancti Bavonis de Fivia, ecclesie Sancti Martini Tornacensis vendiderimus pro trecentis et viginti libris Parisiensium, dicta Sancti Martini Tornacensis ecclesia de memorata pecunie summa nobis ad voluntatem nostram et plenum dictum nostrum satisfecit. In cujus rei testimonium. presentes litteras sigilli mei munimine feci roborari.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°, feria v^a post octavas Pentecosten.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 364.

734.

Enumération des terres possédées par l'abbaye de Saint-Martin à Dottignies.

1er novembre 1260.

Anno Domini M°. CC°. LX°, in festo Omnium sanctorum, mensurate fuerunt terre nostre de Dotegnies. Et inventa fuerunt seminata segete : En Aubrisart v bonaria et i quartier xv verge minus ; super vivario iii boniers xxx verge minus ; ante domum Houcardi i bonarium xvi verge minus ; ad molendinum au Pieroit dimidium bonarium xxvii virge et dimidium minus ; as Plankes i bonarium et dimidium et lxi virge ; a le Val i bonarium et lv virge.

Summa : xii boniers et i quartier et xxvii verges et dimidium.

Inventa etiam fuerunt ad marcagium : a le Cambe v bonaria et dimidium et lviii virge ; en Blankehaie in tribus peciis iii bonaria et iii quartiers viii virge minus ; sour les Tries de Miere iii quartiers ii virge minus ; au Aisnoit v quartiers et lxx virge ; a Haustres i bonarium et v virge ; in alia pecia juxta illam iii quartiers et xxiii verges ; ad Viam dimidium bonarium.

Summa : xvi bonaria et dimidium, x verges minus.

A le gieskiere : en Granteamp vi boniers iii verges et dimidium minus ;

à Wanonpret I bonarium et dimidium et XXVI verges; ad molendinum Willelmi de Ethout dimidium bonarium; ad Masuram dimidium bonarium IX verges minus; juxta masuram Roton I bonarium et dimidium et XXXVI virge; retro domum Faukener II bonaria et XXII virge; in masura nostra I quartier et XIII verges.

Summa : XII bonaria et dimidium XV verges et dimidium minus.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 39ᵛ.

735.

Le doyen et le chapitre de Laon renoncent en faveur de l'abbaye de Saint-Martin, moyennant payement par elle d'un cens annuel de deux chapons, à la part de dîme qu'ils possédaient dans l'enceinte de la ferme de Chantrud.

Décembre 1260.

Universis presentes litteras visuris, G[uillelmus], decanus, et capitulum Laudunense, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum nos habuissemus et haberemus quandam partem decime infra septa curtis de Chantrius, in quadam pecia terre sita inter murum et fossatum versus Grandemlocum, nos mediantibus duobus caponibus annui redditus nobis annis singulis in perpetuum ab abbate et conventu ecclesie Sancti Martini Tornacensis, in Natali Domini, apud Vervelum persolvendis et reddendis, quitavimus eisdem abbati et conventui penitus et in perpetuum, et quitamus totalem illam partem quam habebamus in tota decima supradicta. Et promittimus quod contra eandem quitationem non veniemus per nos vel per alios in futurum. In cujus rei testimonium, presentes litteras dictis abbati et conventui contulimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°, mense decembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 322.

736.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, énumère et ratifie toutes les acquisitions faites par l'abbaye de Saint-Martin dans ses États.

Février 1261.

Nos Margareta, Flandrie et Hanonie comitissa, notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis. quod vir religiosus, noster dilectus in Christo frater Radulphus, abbas monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, totusque ejusdem loci conventus, a nobis humiliter supplicarunt quatinus, intuitu pietatis ac pro anime nostre et antecessorum ac successorum nostrorum remedio et salute, quasdam decimas, terras, prata, nemora et possessiones alias. atque jura que inferius sunt subscripta, que videlicet in procinctu nostri dominii sive potestatis, per collationem fidelium aut per emptionem seu excambium et commutationem acquisierunt, aut alio justo modo, confirmare vellemus eisdem. Nos igitur piis eorum supplicationibus inclinate, pro remedio anime nostre ac antecessorum successorumque nostrorum, et ut in dicto monasterio, tam in vita nostra quam post obitum nostrum, in eorum orationibus nostri memoria jugiter et perhempniter habeatur, predicta nemora, prata, terras, decimas, possessiones et jura breviter perstringendo. presentibus duximus exprimenda; videlicet :

Centum et sex bonaria terre et tres quartarios et sexaginta octo virgas et dimidiam vel circiter, ad mensuram Flandrensem. in terris, pratis, nemoribus, et unum mansum quem abbas et conventus dicti monasterii acquisierunt per emptionem aut excambium sive commutationem, vel fidelium collationem, vel alio justo modo, in diversis locis et a diversis personis, sub dominio viri nobilis fidelis nostri domini Arnulphi, castellani Tornacensis, per assensum ejusdem castellani vel antecessorum ejus, et de nostro dominio seu feodo descendebant. Videlicet : decem et novem bonaria tam terre quam prati, ad mensuram Tornacensem, que dicti abbas et conventus per emptionem acquisierunt a domino Johanne de Wavreçin, milite, quorum quatuordecim bonaria sita sunt versus Longamsalicem, et apud Spaing

quinque bonaria; et tredecim bonaria nemoris a domino Johanne de Ruma, filio domini Balduini Karonis, sita juxta nemus quod fuit Mathei de Hera; et quatuor bonaria et unum quartarium et viginti tres virgas terre a domino Egidio de Haudion per excambium, sita in parrochia de Tintegnies; et ab eodem Egidio duo bonaria terre in una pecia, sita infra bannileucam Tornacensem, in loco qui dicitur ad Spinam de Hera; et duo bonaria et octoginta virgas tam in terra arabili quam in hospitibus a domino Arnulpho de Latoloco et ejus uxore, sita juxta curtem de Longasalice, que per emptionem dictum monasterium acquisivit; item unum bonarium et dimidium terre arabilis septem virgis et dimidia minus a Waltero de Calone, sita retro curtem de Warnavia, et a Matheo de Hera juniori decem et septem bonaria nemoris, et octo bonaria terre arabilis sedecim virgis minus, sita versus Tintegnies, per assensum domini Balduini Karonis et dicti castellani; excambivit insuper dictum monasterium erga Evrardum dictum Brifaut duos modios siliginis annui redditus, quos dictum monasterium habebat supra quandam terram in parrochia de Pesc, in pluribus peciis, pro septem bonariis terre, parum plus vel minus, jacentibus in uno frustro ante curtem dicte ecclesie de Duisempiere, de consensu domini Arnulphi de Mauritanea a quo dictam terram tenebat in feodum; et quia dicti duo modii ad dictum excambium minime sufficiebant, dicto Evrardo predictum monasterium quinquaginta libras Flandrensis monete recompensavit; insuper dictum monasterium per excambium acquisivit ab Arnulpho de Wanempret sex bonaria terre et unum mansum, sita in parrochia de Dotegnies, de assensu dicti castellani de quo predicta in feodo tenebantur; et dictus Arnulphus de Wanempret per excambium habuit et recepit a dicto monasterio viginti raserias avene annui redditus, et unum quarterium frumenti et duas partes unius francardi annui redditus, et viginti duos capones et undecim aucas et viginti quinque sol. Parisiensium annui redditus, et terragium trium bonariorum terre et viginti virgarum que dictum monasterium habebat in parrochiis de Staimborec, de Balluel et de Pesc; item dictum monasterium excambivit quatuordecim bonaria terre et prati, et sexaginta duodecim virgas que habebat in parrochia de Warchoing, a Sigero d'Escelmes et Willelmo, fratre ejus, pro totidem bonariis quam dicti Sigerus et Willelmus habebant in parrochiis de Evregnies et Sancti Leodegarii, de consensu Ysabelle, domine de Nivella, a

qua predicta tenebantur in feodum; item dictum monasterium excambivit a Terrico dicto Humevin et Maria, ejus uxore, sex bonaria et tres quartarios et decem et septem virgas terre et prati, quam habebant in parrochia Sancti Leodegarii, in tribus peciis, pro totidem bonariis terre quam habebat dictum monasterium in parrochia de Warchoing, de consensu Ysabelle, domine de Nivella predicte, a qua dicta terra ad censum annuum tenebatur. Dictus insuper castellanus sex bonaria terre allodii domine Yolendis, quondam uxoris sue, sita in parrochia Sancti Leodegarii, in loco qui dicitur as Tries, contulit monasterio memorato. Concessit insuper dicto monasterio usum cujusdam rejecti siti ante curtem suam de Longasalice, sub annuo censu sex denariorum Laudunensium, ita tamen quod dictum monasterium non potest arare dictum rejectum, sed commune remanet ipsi monasterio et aliis sicut prius. Recognovit etiam dictus castellanus expresse per suas litteras, quod non debet habere gistas in dicto monasterio Sancti Martini, nec in ejus curtibus per totum dominium ipsius castellani, nec per totam castellaniam Tornacensem, nec ponere ibidem servientes suos tempore messis, nec equos soujornare, nec vaccas, porcos, aut capones ad incrassandum ponere in monasterio aut curtibus supradictis, nec currus aut equos eorum aliquatenus accipere, nec hujus exactiones petere sive exigere ab eisdem.

Predictum insuper monasterium per excambium acquisivit a Symone de Laoutre terragium sex bonariorum terre, pro uno bonario et dimidio terre sue, per assensum Johannis Hainnau, de quo illud terragium in feodum tenebatur, et per assensum domini Arnulphi de Cysonio, de cujus etiam feodo terragium illud descendebat. Item per excambium acquisivit a Johanne dicto Hainnau terragium viginti bonariorum terre dicte ecclesie apud Canfaing, et quicquid juris habebat in curte dicte ecclesie de Canfaing, pro quinque bonariis terre et duodecim denariis Laudunensium annui census. Item dictum monasterium per emptionem acquisivit a Nicholao dicto Clugnet quinque bonaria terre et tria quartaria terre arabilis, sita in parrochia de Canfaing, per assensum Ernoldi de Cysonio de quo dicta terra tenebatur. Item a Johanne del Mouliniel et Beatrice, uxore ejus, sex bonaria terre arabilis, et tria quartaria prati, triginta et tribus virgis minus, et tres raserias avene annui redditus, et dimidiam raseriam bladi, ad mensuram Tornacensem, et triginta denarios Laudunensis monete et

milite, totam decimam quam ipse tenebat in parrochiis Sancti Bavonis et de Wislebeke, de assensu domini Willelmi de Bethunia, de quo predicta in feodum tenebantur; et a domino Michaele de Lembeke, milite, totam decimam quam ipse tenebat in parrochiis Sancti Bavonis et de Wislebeke, de assensu domini Roberti, domini de Waverin, senescaldi Flandrie, et Mathildis, uxoris ejus; et a Willelmo de Lende quamdam decimam sitam apud Lede, de assensu domini Arnulphi de Cysonio, de quo dicta decima in feodum tenebatur. Item emit dictum monasterium a Rogero de Atrio de Lede quamdam decimam jacentem in circuitu templi de Lede, de consensu domini Ramundi de Merenghien, a quo dicta decima in feodum tenebatur; et a Symone de Lede et Olivero, fratre suo, totam decimam quam habebant in parrochia de Lede, de assensu domini Hugonis, castellani Gandensis, de quo dicta decima in feodum tenebatur; et a Lamberto de Lede, filio Symonis Sturionis, totam decimam quam tenebat in parrochiis de Lede, de Ysenghien et de Englenmoustier, de assensu Symonis, fratris sui, de quo dicta decima in feodum tenebatur, et de assensu domini Rogeri de Quoenghien, a quo dicta decima descendebat. Item dictum monasterium et ecclesia Beate Marie Tornacensis emerunt pro indiviso a Johanne Scotin totam decimam quam ipse habebat in parrochiis de Lugne et de Mouskeron, cum omnibus pertinentiis suis, et homagio et juribus ad dictam decimam pertinentibus, per assensum abbatisse et conventus de Morsiele, de quibus predicta in feodum tenebantur. Item emit dictum monasterium a Willelmo dicto Bollenghier quamdam decimam et medietatem personatus quam ipse habebat in parrochia de Wevlenghien, de assensu Sigeri de Huele, de quo in feodum tenebantur, et de nostro assensu, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur; et a Willelmo de Bauduimont totam decimam quam ipse habebat in parrochia de Templovia, de assensu Mathei de Esplecin, de quo in feodum tenebatur, et de nostro assensu, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur: et a domina Aelide de Wastina totam decimam, cum omnibus appendiciis suis, quam ipsa habebat in parrochia de Haltre, quam decimam ipsa tenebat de dicto monasterio ad censum annuum, videlicet decem marcarum, sicut in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur.

Predicta igitur omnia ac singula, in quantum ad nos pertinet, grata et rata habemus, et nostrum predictis omnibus prebemus assensum; volentes

et concedentes quod dictum monasterium omnibus imperpetuum gaudeat supradictis. Allodia insuper franca, sive que dicuntur de allodiis de Landast, sive que dicuntur de allodiis de Tornesis, infra limites nostre dominationis jacentia sive sita, que per triginta annos et amplius sine interruptione dictum possedit monasterium, quantum ad nos pertinet, ipsi dicto monasterio quita volumus permanere. Si qua autem sunt allodia franca que infra triginta annos in diversis locis et a diversis personis dictum monasterium acquisivit per emptionem, aut per collationem fidelium, aut alio justo modo, secundum quod alie persone laice et seculares solent intrare in allodia memorata, nos ad hec nostrum prebemus assensum, et nostram ratificationem et gratitudinem adhibemus usque ad numerum bonariorum quinquaginta.

Insuper est sciendum quod dictum monasterium excambivit erga dominum Henricum de Kikempois tredecim bonaria et dimidium terre arabilis, que habebat dictus Henricus in parrochia de Tintegnies, in pluribus peciis, pro totidem bonariis terre que habebat dictum monasterium in parrochiis de Tintegnies et de Willemiel, de assensu domini Bernardi, militis, domini d'Escamaing, a quo predicta terra in feodum tenebatur. Item excambivit dictum monasterium erga Johannem des Plus duo bonaria terre et dimidium et quinquaginta octo virgas et dimidiam, jacentia in tribus peciis in parrochia de Calone, pro totidem bonariis terre jacentibus in parrochia de Maubrai, de assensu domini Bernardi de Escamaing, a quo predicta terra tenebatur, partim ad censum, partim ad terragium. Predicta igitur omnia ac singula in quantum ad nos pertinet grata et rata habemus, et nostrum ad ea benignum prebemus assensum. In predictorum omnium ac singulorum perpetuam firmitatem, presens scriptum fecimus sigilli nostri appensione muniri.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense februario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, pp. 364 et 372; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 17ᵃ; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 307, copie de 1685.

milite, totam decimam quam ipse tenebat in parrochiis Sancti Bavonis et de Wislebeke, de assensu domini Willelmi de Bethunia, de quo predicta in feodum tenebantur; et a domino Michaele de Lembeke, milite, totam decimam quam ipse tenebat in parrochiis Sancti Bavonis et de Wislebeke, de assensu domini Roberti, domini de Waverin, senescaldi Flandrie, et Mathildis, uxoris ejus; et a Willelmo de Lende quamdam decimam sitam apud Lede, de assensu domini Arnulphi de Cysonio, de quo dicta decima in feodum tenebatur. Item emit dictum monasterium a Rogero de Atrio de Lede quamdam decimam jacentem in circuitu templi de Lede, de consensu domini Ramundi de Merenghien, a quo dicta decima in feodum tenebatur; et a Symone de Lede et Olivero, fratre suo, totam decimam quam habebant in parrochia de Lede, de assensu domini Hugonis, castellani Gandensis, de quo dicta decima in feodum tenebatur; et a Lamberto de Lede, filio Symonis Sturionis, totam decimam quam tenebat in parrochiis de Lede, de Ysenghien et de Englenmoustier, de assensu Symonis, fratris sui, de quo dicta decima in feodum tenebatur, et de assensu domini Rogeri de Quoenghien, a quo dicta decima descendebat. Item dictum monasterium et ecclesia Beate Marie Tornacensis emerunt pro indiviso a Johanne Scotin totam decimam quam ipse habebat in parrochiis de Lugne et de Mouskeron, cum omnibus pertinentiis suis, et homagio et juribus ad dictam decimam pertinentibus, per assensum abbatisse et conventus de Morsiele, de quibus predicta in feodum tenebantur. Item emit dictum monasterium a Willelmo dicto Bollenghier quamdam decimam et medietatem personatus quam ipse habebat in parrochia de Wevlenghien, de assensu Sigeri de Huele, de quo in feodum tenebantur, et de nostro assensu, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur; et a Willelmo de Bauduimont totam decimam quam ipse habebat in parrochia de Templovia, de assensu Mathei de Esplecin, de quo in feodum tenebatur, et de nostro assensu, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur: et a domina Aelide de Wastina totam decimam, cum omnibus appendiciis suis, quam ipsa habebat in parrochia de Haltre, quam decimam ipsa tenebat de dicto monasterio ad censum annuum, videlicet decem marcarum, sicut in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur.

Predicta igitur omnia ac singula, in quantum ad nos pertinet, grata et rata habemus, et nostrum predictis omnibus prebemus assensum; volentes

et concedentes quod dictum monasterium omnibus imperpetuum gaudeat supradictis. Allodia insuper franca, sive que dicuntur de allodiis de Landast, sive que dicuntur de allodiis de Tornesis, infra limites nostre dominationis jacentia sive sita, que per triginta annos et amplius sine interruptione dictum possedit monasterium, quantum ad nos pertinet, ipsi dicto monasterio quita volumus permanere. Si qua autem sunt allodia franca que infra triginta annos in diversis locis et a diversis personis dictum monasterium acquisivit per emptionem, aut per collationem fidelium, aut alio justo modo, secundum quod alie persone laice et seculares solent intrare in allodia memorata, nos ad hec nostrum prebemus assensum, et nostram ratificationem et gratitudinem adhibemus usque ad numerum bonariorum quinquaginta.

Insuper est sciendum quod dictum monasterium excambivit erga dominum Henricum de Kikempois tredecim bonaria et dimidium terre arabilis, que habebat dictus Henricus in parrochia de Tintegnies, in pluribus peciis, pro totidem bonariis terre que habebat dictum monasterium in parrochiis de Tintegnies et de Willemiel, de assensu domini Bernardi, militis, domini d'Escamaing, a quo predicta terra in feodum tenebatur. Item excambivit dictum monasterium erga Johannem des Plus duo bonaria terre et dimidium et quinquaginta octo virgas et dimidiam, jacentia in tribus peciis in parrochia de Calone, pro totidem bonariis terre jacentibus in parrochia de Maubrai, de assensu domini Bernardi de Escamaing, a quo predicta terra tenebatur, partim ad censum, partim ad terragium. Predicta igitur omnia ac singula in quantum ad nos pertinet grata et rata habemus, et nostrum ad ea benignum prebemus assensum. In predictorum omnium ac singulorum perpetuam firmitatem, presens scriptum fecimus sigilli nostri appensione muniri.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense februario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, pp. 364 et 372; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 17°; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 307, copie de 1685.

737.

L'abbé et les moines de Saint-Martin s'obligent à payer à maître Nicholaus le Mirlier, clerc, diverses rentes annuelles, tant en compensation de capitaux versés par lui à l'abbaye, que pour le rémunérer des services qu'il lui avait rendus et pourrait rendre encore dans certaines affaires contentieuses.

Février 1261.

Universis presentes litteras inspecturis, R[adulphus], divina permissione abbas Sancti Martini Tornacensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos magistro Nicholao, clerico, dicto le Mirlier, tenemur titulo emptionis solvere singulis annis, quamdiu vitam habebit in corpore, in die Nativitatis beati Johannis Baptiste, decem libras Parisiensium, in quocumque statu fuerit, sive in religione sive extra; quas x lib. dictus magister a nobis de vero et puro ipsius precio legitime comparavit pro centum lib. Parisiensium, de quibus centum lib. nobis est plenarie satisfactum in pecunia parata, et nobis a dicto magistro numerata. Et predictas decem lib. tenemur dicto magistro, ut predictum est, vel ei cui dictam pecuniam duxerit assignandam, solvere Tornaci, infra septa monasterii nostri, in die Nativitatis predicte.

Item tenemur dicto magistro singulis diebus dare et reddere titulo emptionis, vel ejus certo mandato, infra septa monasterii nostri predicti, quamdiu dictus magister vitam habebit in corpore, et moram faciet in Civitate Tornacensi sive districtu ejusdem, unam prebendam panis, tantam et talem qualis et quanta datur uni de monachis conventus nostri Sancti Martini, vel dari consuevit; quam prebendam dictus magister a nobis pro xxx lib. Turonensium de vero et puro ipsius precio legitime comparavit. Si vero dictum magistrum abesse contingeret a Civitate Tornacensi, causa studiorum vel alio modo, per annum vel per plures annos, illo anno vel annis quo vel quibus ipsum abesse contigerit, tenebimur solvere et reddere eidem magistro, vel ejus mandato, sexaginta sol. usualis monete pro dicta pre-

benda panis. Si autem minus anno ipsum abesse contingeret, habebit ratam dictorum sexaginta sol., juxta ratam absencie supradicte.

Recognoscimus etiam quod tam dicte centum lib. Parisiensium quam xxx[a] Turonensium. in nostram utilitatem et ecclesie nostre plenarie sunt converse, et de cetero a dicto magistro nullam super hoc probationem requiremus. Item volumus et concedimus, ad hoc nos et successores nostros specialiter obligantes, quod si dictus magister vel alius cui dictas x lib., cum pecunia loco panis succedente juxta ratam absentie cum ipsum magistrum abesse contigerit, ut supradictum est. duxerit assignandas, ex predicto contractu sive contractibus predictis recipiat plus quam sit precium emptionum predictarum, vel plus recipere voluerint eo quod, tam diu vitam habeat in corpore dictus magister, quare taliter qualiter ab aliquibus posset dici ipsum magistrum sortem suam recepisse, licet taliter sors improprie diceretur, cum sit verum et justum precium, ad omnem dubitationem tollendam, illud quod ultra ipsum precium receperit vel recipere voluerit, dum tamen vitam habeat in corpore dictus magister, totaliter a nobis habeat et recipiat pro donato. in recompensationem sui servicii, consilii et patrocinii, que nobis et ecclesie nostre per plures annos prestitit in multis et arduis nostris et ecclesie nostre causis, et nos totaliter eidem magistro. si quid est quod reclamari posset ab aliquo in predictis contractibus quoquo modo, illud integraliter concedimus eidem liberaliter et donamus pensionis nomine, attendentes beneficia ab eodem magistro nobis et ecclesie nostre impensa in predictis servicio, consilio et patrocinio, et utilitatem quam percepimus ab eodem

Preterea sciendum est quod nos dicto magistro tenemur dare quolibet anno, quoad vivet et mansionem fecerit in Civitate Tornacensi vel districtu Civitatis ejusdem, x lib. Parisiensium, singulis annis in die Natalis Domini, dicto magistro, apud Tornacum, infra septa monasterii supradicti, vel ejus certo nuntio persolvendas, nomine annue pensionis, quam pensionem eidem dedimus et concessimus liberaliter et benigne, pro consilio ipsius magistri nobis et ecclesie nostre prestando in omnibus causis nostris contra quoscumque, quamdiu vivet idem magister et moram faciet in districtu et Civitate predictis; considerantes in hoc urgentem necessitatem ecclesie nostre et utilitatem evidentem. ita tamen quod dictus magister pro dicto consilio nobis et ecclesie nostre prestando, Civitate Tornacensi exire

minime teneatur, nisi nos abbas et conventus predicti negocium reputaverimus tanti quod velimus unum de monachis nostris pro dicto negotio destinare, et tunc dictus magister ire teneretur cum monacho ad hoc a nobis deputato, nostris sumptibus, sicut et ipse monachus, et dictum negocium fideliter promovere. Si vero dictum magistrum extra Civitatem Tornacensem vel districtum ejusdem mansionem facere contingeret per annum vel per plures annos, causa studiorum vel alio modo, illo anno vel annis quo vel quibus alibi faceret mansionem, ipsi dictam pensionem solvere minime teneremur. Sciendum est insuper quod si monetam Parisiensem, lege aut pondere vel alio modo contingeret pejorari, nos equivalentem monetam, ut est ad presens moneta Parisiensis, eidem magistro in alia legali vel usuali moneta solvere tenemur, tam pro dictis x lib. Parisiensium sibi in die Nativitatis beati Johannis, quam decem lib. in die Natalis Domini persolvendis. Nos vero post decessum dicti magistri, ab omnibus conventionibus supradictis quiti penitus erimus et exempti, excepta prebenda panis quam Margarete, matri dicti magistri, solvere tenebimur, quamdiu vitam habebit in corpore dicta mater, si dictus magister decesserit superstite dicta matre, ratione conventionum predictarum; et hoc dicte Margarete promittimus fideliter observare. Promittimus etiam dicto magistro fideliter quod contra predictos contractus, donationes sive conventiones, vel aliquem de premissis, per nos vel per alium ullatenus veniemus, nec artem vel ingenium per nos vel per alium queremus, vel aliquod instrumentum impetratum, vel imposterum impetrandum, vel exemptionem aliquam lesionis, deceptionis, vel restitutionis, per que dictus magister vel ejus mater super predictis conventionibus aliquatenus molestetur. Ut autem hec omnia et singula firma et illibata permaneant, dicto magistro et ejus matri sigillis nostris presentes litteras concessimus roboratas.

Actum et datum anno Domini M°. CC°. LX°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 1[v].

738.

L'official de Tournai vidime la charte précédente, et déclare que Nicholaus le Mirlier, clerc, s'est engagé à en exécuter fidèlement les clauses.

Février 1261.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis nos litteras virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Martini Tornacensis vidisse sub hac forma :

« Universis presentes litteras inspecturis, R[adulphus] », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Noverit insuper universitas vestra, quod supradictus magister, in nostra presentia et in jure propter hoc constitutus, recognovit omnia et singula esse vera que in dictis litteris continentur, et promisit dictus magister, fide prestita corporali, se premissa fideliter servaturum que faciunt pro dictis abbate et conventu; volens et concedens quod si contra premissa vel aliquod de premissis ipsum venire contingeret, quod nos ipsum ad servanda predicta, per censuram ecclesiasticam compellamus, se quantum ad hoc nostre jurisdictioni supponendo. In cujus rei testimonium, presentes litteras dicto abbati et conventui, ad instantiam dicti magistri, sigillo sedis Tornacensis concessimus sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°, mense februario.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 1[v].

739.

Le chevalier Gilles de Chin ratifie le don de quinze bonniers de terre et de pré à Pottes et à Hérinnes, fait à l'abbaye de Saint-Martin par Ogine Florine, bourgeoise de Tournai.

Tournai, mardi 26 février 1261.

Jou Gilles de Chyn, cevaliers et avoés de Busignies, fac savoir à tous ciaus ki cest escrit veront et oront, ke Ogine Florine, borgoise de Tornai, a doné por Dieu et en aumosne à le glise Saint Martin de Tornai, par me volenté et par men otroi, xv boniers de terre et de pret k'ele tenoit de mi en le porofe de Potes et de Hiérines, et si en est li glise aïretée bien et par loi, par mon gré et l'otroi des oirs Oginain devant dite, et par le jugement des eskievins de Ghermingni ki jugier doivent de cele misme terre. Et si le doit li glise Saint Martin tenir de mi et de mon oir frankement, parmi i den. blanc de cens cascun bonier de vii boniers et demi; et les autres vii boniers et demi parmi iii s. et i capon cascun bonier, à rendre à mi et à mon oir le jor saint Rémi.

Et si vuel et otri ke li glise Saint Martin, tout l'autre iretaige ke Florins et Ogine tenoient et tinrent de mi, et quancke de mi en descent, et iii lib. et xii s. de blans et xxiii capons de rente, puist aquerre à qui ke ele vorra en me pooir et en me justice, sans calenge, et sans contredit, et sans nul siervice à rendre à mi et à mon oir, fors les entrées et les isçues, teles que eskievin jugent par loi. Et si vuel et commanc ke li eskievin i soient sans nul débat. Et s'il avenoit cose ke jou u mes oirs laisçace entrer autrui ke le droit oir Florin, ne li oirs Florin le vosist autrui vendre ne doner, rendre deveroie et jou et mes oirs, u faire rendre celi ki i entreroit, à le glise Saint Martin, por cascun bonier, lx s. de Tornois ke j'en ai pris à le glise devant dite por entrer en l'iretaige devantdit. Et s'il avenoit cose ke jou u mes oirs peuiscièmes rataindre u reconquerre l'avoerie de xii boniers et demi iii s. et i capon, de cascun bonier ke mes pères quita à Florin et à Oginain se feme, li glise Saint Martin le doit avoir parmi i denier de cens de cascun

bonier, et requerre le doi loiaument. Et si vuel et otri ke li glise Saint Martin puist escangier le terre devant dite à qui ke ele vorra en me pooir et en me justice, sans nul débat et sans nul siervice, sauf çou ke teus justice et teus cens et teus rente ke j'avoie sor l'autre m'i demeure. Et si ai fiancié et juré sor sains par devant mes hommes de fief : monsegneur Gillion de le Lokerie, Gillion Espavaut, Raoul del Rosne, Jehan del Markais, Jehan de Courbion, Wautier de le Courbe, Jehan des Aunes, Tiri de Felines, et Thumas li Acrois, et par devant mes eskievins de Germingni : Grart del Kaisnoit, Gillion Laucouge, Gillion del Rosoit, Gillion le Cat, Huon Bieccart, Huon d'Escaut, et Thumas del Riu, ke je jamais ne querrai ne art ne engien, par mi ne par autrui, par quoi li glise devant dite en soit en nul damaige. Et por çou ke toutes ces coses devant dites soient fermes et estavles, et ke nus tors n'en soit fais à le glise devant dite, si oblige jou mi et mon oir, et promec à tenir fermement et à warandir à le glise Saint Martin devant nommée, par mes présentes lettres ke jou ai donées à le glise devant dite, saielées de mon saiel, lequel saiel jou ai conneut à mien et aprouvet par devant mes hommes de fief, monsegneur Gillion de le Lokerie, cevalier, Watier des Aunes, Gillion l'oir de Holai, et par devant Grart, mon frère, cevalier.

Ce fu fait en le glise Saint Martin, et ceste letre saielée de mon saiel, et livrée de me main propre en le main del cennelir [1] de Saint Martin, l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. et LX, el mois de février, le samedi apriès le jor saint Mathiu [2] l'apostle.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, pp. 36 et 38.

[1] La copie de la page 38, dans le Cartulaire 122 de Bruxelles, porte *cenelier*.

[2] La même copie de la page 38 porte *Mahiu;* mais cette leçon n'est pas meilleure que celle de la page 36. Il faut, en effet, lire *Mathie;* car il s'agit de l'apôtre S. Mathias, dont la fête se célèbre le 24 février, et non de S. Matthieu, dont la fête se fait le 21 septembre.

740.

Le châtelain de Tournai arrente à l'abbaye de Saint-Martin le rejet de la Darderie, à Constantin.

Mars 1261.

En l'an de l'incarnation M. CC. LX, el mois de marc.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 35 [1].

741.

Guy, comte de Flandre, vidime et confirme la charte de février 1261 où la comtesse Marguerite, sa mère, énumère et approuve toutes les acquisitions faites dans ses États par l'abbaye de Saint-Martin.

Mars 1261.

Guido, comes Flandrie, filius illustris domine Margarete, Flandrie et Hanonie comitisse, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem.

Noveritis nos litteras illustris domine matris nostre predicte, sigillo ipsius sigillatas, in nulla sui parte viciatas, inspexisse in hec verba :

« Nos Margareta », etc. (*Suit le texte de la charte de février 1261, publiée sous le n° 736.*)

Nos autem Guido, comes Flandrie supradictus, pro nobis ac nostris

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 127.

successoribus, predicta omnia et singula in quantum ad nos pertinent, sive ratione comitatus Flandrie, sive dominii Terremonde, grata et rata habemus, promittentes quod ea servabimus et nullo umquam tempore per nos vel alios contra veniemus, neque in toto neque in parte, ad hec nos et nostros successores imposterum obligantes. In quorum perpetuam firmitatem presens scriptum fecimus sigilli nostri appensione muniri. Nos etiam Mathildis, uxor predicti domini Guidonis comitis predicti, in quantum ad nos et dominium Tenremonde pertinet, predicta omnia grata et rata habemus, promittentes quod contra ea non veniemus per nos aut per alium, neque in toto neque in parte, ad hec nostros obligantes imposterum successores.

Datum anno Domini M°. CC°. sexagesimo, mense martio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 9; original jadis scellé sur lacs de soie verte [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 372; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 17ᵃ.

742.

Jean de Châtillon, comte de Blois et seigneur d'Avesnes, renonce à prélever pour son sergent, au moment de la moisson, le demi-muid de blé auquel il prétendait avoir droit sur les terres de l'abbaye de Saint-Martin à Torelies.

Tournai, dimanche 27 mars 1261.

Je Jehans de Casteillon, cuens de Blois et sires d'Avesnes, fac savoir à tous ceaus ki ces lettres veront et oront, que je ai quité les religieus hommes l'abbé et le couvent et le glise de Saint Martin de Tornai, à tous jors mais, de la moisçon de mi mui de blé que je disoie ke mes sierjans devoir avoir en leur court de Thorellies, caseun an. Et promec en bonne foi que je, à nul jour mais, contre ceste quitance ne venrai, ne par moi ne par autre. En

[1] Il est absolument impossible maintenant d'utiliser cet original.

tesmonnage de laquele chose je leur ai donné ces lettres, saielées de men seel.

Ce fu fait à Tornai, le diemence prochain après le feste Nostre Dame en marc, en l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LX.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 15; original jadis scellé [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 95; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 101.

743.

L'évêque de Cambrai vidime et ratifie la charte par laquelle Gilles de Chin a approuvé, au mois de février précédent, le don de quinze bonniers de terre et pré à Pottes et Hérinnes, fait par Ogine Florine à l'abbaye de Saint-Martin.

1er ou 2 avril 1261 [2].

N[icholaus], Dei gracia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos litteras consanguinei nostri Egidii de Chin, militis, advocati de Busignies, vidisse in hec verba, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas :

« Jou Gilles de Chin », etc. (*Suit le texte de la charte du 26 février 1261, publiée sous le nº 739.*)

Nos igitur omnia et singula, prout superius sunt narrata, laudamus, approbamus, et quantum in nobis est, pontificali auctoritate confirmamus. In cujus rei testimonium presentes litteras abbati et conventui Sancti

[1] Cet original n'est plus utilisable.

[2] Comme cette charte en vidime une autre du 26 février 1261, et qu'en 1261 la fête de Pâques a été célébrée le 4 avril, notre document, avec sa date d'avril 1260 (vieux style), ne peut se dater que du 1er ou du 2 avril 1261 (nouveau style).

Martini Tornacensis, ad instantiam et preces dicti Egidii, sigillo nostro concessimus roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense aprili.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 57.

744.

Le seigneur de Cysoing ratifie la charte par laquelle sa mère Sibilia, au mois de septembre 1256, a promis de garantir à l'abbaye de Saint-Martin la paisible jouissance de la part de dîme à Cuerne, achetée par cette abbaye de Lambert Stien.

Mai 1261.

Universis presentes litteras visuris, Hellinus, dominus de Cysonio, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod ego venditioni, werpitioni et effestucationi decime de qua fit mentio in litteris domine Sibilie de Cysonio, matris mee, quibus mee presentes littere sunt annexe, meum expressum adhibeo consensum, laudans et approbans dictas litteras et contenta in eisdem, quantum in me est; promittens quod contra predictas litteras vel in eisdem contenta non veniam in futurum, per me vel per alium, seu venire procurabo, successores meos ad hoc specialiter obligando. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. primo, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 359.

745.

L'official de Noyon constate que Jean Fouquelin, de Noyon, a renoncé en faveur de l'abbaye de Saint-Martin à tous les droits qu'il prétendait avoir sur la maison sise en face de celle du curé de Saint-Martin, à Noyon, et qu'Aubert Blanpain avait achetée de la sœur dudit Fouquelin.

Juin 1261.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Noviomensis salutem in Domino.

Noveritis quod cum inter abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ex parte una, et Johannem Fouquelin, civem Noviomensem, ex altera, diu litigatum fuisset super eo quod idem Johannes asserebat se habere unum obolum annui et recti census, super tota domo quam Aubertus dictus Blanpains emit a sorore ipsius Johannis, que scilicet domus opposita est domui presbiteri Sancti Martini Noviomensis, et ob hoc ipse Johannes ventas, foragia, et alia jura omnia, que ad rectum censum pertinent, secundum consuetudinem regionis ad se pertinere dicebat; prefatis abbate et conventu contrarium asserentibus, et dicentibus quod idem Johannes in dicta domo. vel in censu, seu pertinenciis ad censum ipsius, nichil juris habebat, set ad ipsos solos jura census pertinebant utpote qui in eadem domo habebant et habuerant ab antiquo quinque solidos et quatuor den. annui recti census. Tandem, super contentione predicta, bonis viris mediantibus inter partes compositum est in hunc modum; videlicet: quod idem Johannes recognovit prefatos abbatem et conventum habere rectum censum dicte domus et ad ipsos jura census in solidum pertinere, recognoscens se census vel alterius juris nichil habere in domo predicta; et si quod habebat vel aliquando habuerat, occasione quacunque, in censu vel in ventis et aliis pertinenciis illius census, illud omne et totum prefatis abbati et conventui contulit et cessit in elemosinam perpetuam possidendum, nichil sibi retinens in domo sepius memorata; fide et juramento promittens quod contra confessionem, cessionem, et alia que suprascripta

sunt, per se vel per alium non veniet in futurum, nec faciet nec fieri procurabit quominus iidem abbas et conventus dictum censum, et pertinentia dicti census, super tota dicta domo perpetuo percipiant et habeant quiete. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras procuratori dictorum abbatis et conventus, ad hec agenda presenti, ad petitionem dicti Johannis, sigillo curie Noviomensis tradidimus communitas

Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense junio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original jadis scellé sur double queue de parchemin.

746.

Le chevalier Baudouin Karon, seigneur de Rume, et sa femme Isabelle, fondent une chapellenie à Dossemer, la dotent de vingt-six bonniers de terre, et déclarent qu'après leur mort, le droit de nommer le chapelain appartiendra à l'abbaye de Saint-Martin.

Septembre 1261.

Universis presentes litteras visuris, Balduinus dictus Karons, miles, dominus de Rume, et Ysabella, ejus uxor, salutem in Domino.

Noverint universi nos fundasse quandam capellaniam infra mansum nostrum apud Dossemer, et dotando contulisse et assignasse, nomine et ad opus ejusdem capellanie, viginti et sex bonaria terre et dimidium, parum plus vel minus, jacentis inter Alnetum d'Esclepes et prata que se extendunt versus Hostes et Roiaumortier; in qua capellania recognoscimus ecclesiam Beati Martini Tornacensis jus patronatus obtinere, ac presentandi capellanum in capellania memorata; necnon tenore presentium confitemur, volentes et concedentes quod dicta ecclesia Sancti Martini jus habeat in posterum presentandi, et presentet capellanum in capellania memorata, vel

conferat eandem prout sibi videbitur expedire, sine contradictione qualibet vel oppositione, a nobis vel nostris successoribus, in posterum facienda; ita tamen quod nobis liceat dictam capellaniam conferre, et capellanum presentare ad eandem, quamdiu vitam habebimus in corpore, vel alter nostrum qui superstes fuerit, prout nobis videbitur expedire, salvo jure parrochiali et dyocesiani loci, nullo ex hoc ecclesie superius memorate a nostris successoribus prejudicio generando. Promittimus etiam bona fide, quod contra predicta non veniemus in posterum, per nos vel per alium, seu venire procurabimus, sed eadem servabimus firma et illibata, nostros successores ad eadem specialiter obligantes. In cujus rei testimonium, nostra sigilla presentibus litteris duximus apponenda.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. primo, mense septembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 265.

747.

Le châtelain de Tournai concède à l'abbaye de Saint-Martin, à titre de franc-alleu, les terres à Dottignies qu'elle a achetées des fils de Theodericus Callau.

Novembre 1261.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. I°, mense novembri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 263 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 128.

748.

L'abbé et le couvent de Cornelismunster arrentent à l'abbaye de Saint-Martin tout ce qu'ils possèdent à Kain, en terres, dîmes, hommages, etc.

Novembre 1261.

Universis presentes litteras visuris, W[illelmus], divina permissione abbas Sancti Cornelii Indensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum nos et ecclesia nostra Sancti Cornelii predicti, mole debitorum diversis creditoribus essemus quamplurimum obligati ac onerati, ut a dictis onere et obligatione solveremur, quibus nos et ecclesia nostra predicta graviter oprimebamur, considerato statu nostro et lucidius ecclesie nostre predicte utilitate pensata, dedimus et concessimus ad annuum redditum, ne nos labi oporteret in deteriorem contractum, omnes terras arabiles, decimas, homagium Nicholai de Vinea ac ipsius successorum, et omnia alia que habebamus in villa et territorio de Kain juxta Tornacum, cum ejus appendiciis, abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, ad opus ecclesie sue Sancti Martini, tenenda et possidenda in perpetuum a dictis abbate et conventu, cedentes ejus omne jus quod nobis vel ecclesie nostre Indensi competere poterat in premissis, videlicet pro quaterviginti et quinque libris annui redditus, et duodecim denariis annui census, monete currentis in territorio et villa predictis, nobis vel certo nuncio nostro ad hoc litteratorie destinato, annis singulis, infra scepta monasterii Sancti Martini predicti persolvendis, infra octavas Pentecosten, postquam primos fructus recipere contigerit dictos abbatem et conventum in bonis supradictis, quod esse debet, per conventiones, nostras, elapsis quatuordecim annis post instans festum Nativitatis beati Johannis Baptiste. Sciendum est etiam quod si nos, abbas et conventus Indensis, dictos redditum et censum venales exponeremus, aut exponere vellemus, in parte vel in toto, quod nos tenemur abbati et conventui Sancti

Martini predictis dictos redditum et censum, sive in toto sive in parte expositi fuerint ad vendendum, vendere pro eodem precio fideliter quod inter nos et quemlibet emere volentem esset legitime conventum. Nec est pretermittendum quod nos debemus abbati et conventui Sancti Martini predicti tradere omnes cartas et deliberare, necnon et privilegia de majoria de Kain. omnes conventiones et cartas confectas inter nos et Henricum Ad labem, Haninum le Cokut, ejus uxorem, et quoscunque alios, quas penes nos inveniemus vel in posterum contigerit inveniri; insuper omnia munimenta et privilegia que super premissis vel aliquo premissorum possent dictis abbati et conventui aliquam securitatem prestare, vel generare prejudicium in futurum. Et hoc eisdem promittimus bona fide, per stipulationem legitimam, successores nostros ad eadem specialiter obligantes. Sciendum est etiam quod dicti abbas et conventus Sancti Martini, ratione relevii, omni casu contingente, nichil solvere tenebuntur nobis vel ecclesie nostre Indensi, nisi censum duplicatum duodecim denariorum superius expressorum, in morte vel in substitutione abbatum dicti monasterii Sancti Martini. Promittimus etiam bona fide, et ad hoc nos specialiter obligamus et successores nostros, quod contra predictas donationem et concessionem, per nos vel per alium non veniemus in posterum, causam, materiam, occasionem, ingenium vel artem, actionem vel exceptionem querentes vel moventes, per quas premissis posset aliquatenus obviari, nec aliquod instrumentum impetrabimus quod posset prejudicare predictis, et si sit impetratum, illi renuntiamus expresse. Promittimus insuper bona fide quod contra premissa vel aliquod de premissis non veniemus, nec venire procurabimus in futurum, et quod eis super premissis omnibus et singulis in perpetuum legitimam prestabimus garandiam adversus quemlibet juri stare volentem. Renuntiantes nichilominus, quantum ad premissa omnia et singula, omni remedio, auxilio, exceptioni et evasioni facti et juris consuetudinarii, canonici et civilis, et omnibus beneficiis restitutionis in integrum, et specialiter illi exceptioni vel remedio per quod posset dici nos fuisse deceptos ultra dimidium justi precii, et aliis omnibus per que posset nobis queri remedium ad veniendum contra conventiones predictas, vel materia jurgiorum, et dictis abbati et conventui Sancti Martini predicti prejudicium generari. Ut autem hec omnia et singula, tam a nobis quam a nostris successoribus firmiter ac inviolabiliter observentur, presentes litte-

ras dictis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis nostris sigillis tradidimus sigillatas.

Datum et actum anno Domini M°. CC°. sexagesimo primo, mense novembri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; en vidimus, 1° dans une charte originale de l'official de Tournai, datée de janvier 1265; 2° dans une charte originale de l'évêque de Cambrai, datée de mars 1270. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 40; *Ibidem*, Cartulaire 123, p. 25; *Ibidem*, Cartulaire 130, pp. 838 et 1015, copies de 1689 et 1691.

749.

L'abbé et le couvent de Cornelismunster chargent Nicholaus, trésorier de Renaix, et Stephanus, frère convers de Cornelismunster, de mettre l'abbaye de Saint-Martin en possession de tout ce qu'elle a pris à rente de leur monastère à Kain.

Jeudi 24 novembre 1261.

Universis presentes litteras visuris, W[illelmus], Dei gratia Sancti Cornelii ecclesie Indensis abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos viris religiosis, abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, dedimus ad annuum redditum et perpetuum, pro quaterviginti et quinque libris annui redditus, et duodecim denariis annui census, quicquid habebamus vel habere poteramus in terris, nemoribus, decimis, pratis, homagio majoris de Kain, successorum ejus, et aliis omnibus in territorio et villa de Kain, cum appendiciis suis. Et ita conventum est inter nos Indenses, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Martini, ex altera, quod ad hoc inducere debemus, et talem habere majorem de Kain, quod homagium faciat abbati Sancti Martini predicti, et scabini securitatem prestare dicto abbati et fidelitatem jurent dicto abbati,

et eidem abbati in eadem fidelitate teneantur in perpetuum, in qua nobis usque ad presens tenebantur.

Et cum nos abbas Indensis ad presens simus, debilitate proprii corporis, impediti quare ad predicta facienda non possimus personaliter interesse, magistrum Nicholaum, thesaurarium Ronacensem. et fratrem Stephanum, fideles nostros, latores presentium, constituimus loco nostri, ad omnia predicta facienda. et ad investiendum et adhereditandum dictos abbatem et conventum Sancti Martini, bene et ad legem, et per judicium hominum nostrorum feodalium, et ad exhereditandum dictos abbatem et conventum Indensem de omnibus supradictis, ratis nichilominus manentibus omnibus conventionibus in litteris super hoc confectis. Dantes eisdem plenariam potestatem submonendi et conjurandi homines nostros feodales, ut supradicta omnia, sub fidelitate et juramento in quibus nobis sunt astricti, procurent, videant, et faciant ad utilitatem ecclesie Sancti Martini et nostre, et omnia alia faciendi que fecerimus si presentes essemus quantum ad predicta. Vobis autem, hominibus nostris feodalibus, tenore presentium mandamus sub juramento in quo nobis tenemini, quod tantum pro dictis magistro N[icholao] et fratre St[ephano] faciatis, cum ab ipsis fueritis requisiti, et quantum pro nobis si in propria persona essemus, quantum ad predicta omnia faceretis. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. primo, in vigilia beate Katherine virginis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé en cire brune de deux sceaux, pendants sur double queue de parchemin [1]; *Ibidem,* en vidimus dans une charte originale de l'official de Tournai, en date de janvier 1265. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 840, copie de 1689.

[1] Il nous a été impossible d'utiliser cet original, à cause de son état de délabrement.

750.

L'abbé et les moines de Cornelismunster demandent au pape de ratifier le contrat qu'ils ont passé avec l'abbé et les moines de Saint-Martin, à l'occasion de leur domaine de Kain.

Jeudi 24 novembre 1261.

Sanctissimo patri ac domino Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici, Willelmus, divina permissione Sancti Cornelii monasterii abbas, totusque ejusdem loci conventus, devota pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre tenore innotescat, nos nomine ecclesie nostre Sancti Cornelii predicti, abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, nomine ecclesie sue Sancti Martini predicti, iniisse contractum talem quem vestra sanctitas in litteris nostris super hoc confectis videbit plenius contineri, quas vestre sanctitati per latorem presentium duximus presentandas, super quibus vestram sanctitatem duximus attentius exorandam, statu ecclesie nostre Indensi ac utilitate pensatis, urgentem necessitatem considerantes in premissis, quatinus dictas litteras et contenta in eisdem vestra dignetur sanctitas confirmare, nonobstantibus contradictionibus quorumlibet, quibus tenore presentium renuntiamus expresse. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostra sigilla duximus apponenda.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. primo, in vigilia beate Katerine virginis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; en vidimus dans une charte de janvier 1265, délivrée par l'official de Tournai, et jadis scellée sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 841, copie de 1689.

751.

L'abbé et les moines de Saint-Martin s'obligent à payer régulièrement, à l'abbaye de Cornelismunster, la rente annuelle qu'ils lui ont promise en compensation de tous les biens et droits qu'elle leur a cédés à Kain.

Décembre 1261.

Omnibus presentes litteras visuris, R[adulphus], divina permissione Sancti Martini Tornacensis abbas humilis, totusque ejusdem loci conventus, salutem et sinceram in Domino caritatem.

Tenore presentium notum facimus universis, quod nos et ecclesia nostra Sancti Martini predicta, ecclesie Sancti Cornelii Indensis, vel ejus certo nuntio ad hoc specialiter destinato, et super hoc litteras speciales et patentes, sigillis abbatis et conventus ecclesie Indensis predicte, in signum solutionis facte, nobis deliberare volenti sigillatas, tenemur solvere singulis annis in posterum quaterviginti et quinque libras annui redditus, et duodecim denarios annui census, monete currentis in villa et territorio de Kain juxta Tornacum, pro tota villa, juribus et aliis que habebit ecclesia Indensis predicta in villa de Kain et appendiciis dicte ville. Debet autem fieri dicta solutio apud Tornacum, infra septa monasterii nostri Sancti Martini, singulis annis infra octavas Pentecostes. Et sciendum quod si post dictas octavas, postquam dictus nuntius litteras, ut superius expressum est, solutionis predicte nobis deliberaverit, nos esse in mora, quod absit! contingeret aut defectu, nos pro singulis diebus quibus essemus in mora vel defectu solutionis predicte, decem solidos pro sumptibus dicti nuntii et expensis dicto nuntio solvere tenemur, usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste quod dictas octavas proximo sequeretur, et post dictam Nativitatem viginti solidos dicte monete dicto nuntio pro expensis modo supradicto. Si vero post dictam Nativitatem in dictis mora vel defectu nos perseverare contingeret, nos dicto nuntio, nomine ecclesie Indensis, viginti libras dicte monete, nomine pene a nobis commisse, solvere tenemur, ratis nichilominus manentibus et firmis omnibus conventionibus inter nos et ecclesiam Indensem habitis super terris, juribus et aliis sepius memoratis.

Insuper ad solutionem predictarum viginti librarum volumus compelli, et ad hoc nos et successores nostros specialiter obligamus, per ordinarium nostrum, videlicet venerabilem patrem episcopum Tornacensem. Si vero dictum episcopum super coactione vel compulsione predicta esse negligentem contigerit aut remissum, volumus et ad hoc nos et successores nostros specialiter obligamus, quod ecclesia Indensis, vel nuntius ecclesie Indensis predictus, nos compelli faciat et procuret per quemcumque dominum secularem quem propter hoc duxerit adeundum, vel etiam eligendum, qui nos compellat ad solutionem predictorum. Incipiet autem terminus solutionis predicte percipiende postquam primos fructus recipere contigerit dictos abbatem et conventum Sancti Martini in bonis supradictis, quod esse debet per conventiones inter nos, ex una parte, et abbatem et conventum Indensem, ex altera, initas, elapsis quatuordecim annis post instans festum Nativitatis beati Johannis Baptiste. Et premissa omnia et singula promittimus nos firmiter ac fideliter servaturos, nos et successores nostros ad eandem observationem specialiter obligantes Renuntiamus insuper quantum ad omnia premissa et singula premissorum, omni auxilio juris consuetudinarii, canonici et civilis, privilegio impetrato vel in posterum impetrando, beneficio restitutionis in integrum, et omni exceptioni per quod [abbati] et ecclesie Indensi [aliquod posset] prejudicium generari contra presentes litteras vel contenta in eisdem. In cujus rei testimonium presentes litteras ecclesie Indensi predicte sigillis nostris tradidimus sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense decembri.

Sigillum autem sedis Tornacensis ad majorem securitatem presentibus litteris fecimus apponi. Datum ut supra.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune, des sceaux de l'abbé de Saint-Martin et de l'official de Tournai, et sur lacs de soie verte, en cire brune, du sceau du couvent de Saint-Martin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1039, copie du XVIII[e] siècle.

[1] Cet original, fort mal conservé, est d'un emploi très difficile.

752.

Nicholaus, trésorier de Renaix, et frère Stephanus, convers de Cornelismunster, transfèrent à l'abbaye de Saint-Martin tous les biens et droits à Kain qui lui ont été arrentés par l'abbaye de Cornelismunster.

Dimanche 4 décembre 1261.

Universis presentes litteras visuris, magister Nicholaus, thesaurarius Ronacensis, et frater Stephanus, conversus monasterii Indensis, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra quod nos, ad mandatum viri venerabilis et religiosi Willelmi, Dei gratia abbatis Sancti Cornelii Indensis, et ejusdem loci conventus, induximus Nicholaum de Vinea, majorem de Kain, qui erat fidelis dicti abbatis Indensis de majoritate predicta, et scabinos ejusdem loci, ad hoc quod ipsi securitatem prestiterunt et fidelitatem, mediante juramento, viro religioso abbati monasterii Sancti Martini Tornacensis, in eadem fidelitate in qua dictis abbati et conventui Indensi tenebantur. Et nichilominus predictos Sancti Martini Tornacensis abbatem et conventum, de omnibus bonis que dicti abbas et conventus Indensis habebant vel habere poterant in terris, nemoribus, decimis, pratis, homagio predicto, et aliis omnibus in territorio et villa de Kain ..... cum omnibus eorum appendiciis, investivimus et hereditavimus, per judicium hominum feodalium predicti abbatis Indensis, videlicet : Danielis dicti Crupin, Jacobi Bursarii, Gerardi dicti de Visemolin, et Johannis, clerici, dicti de Waimberge, qui ad hoc vocati fuerant, et a nobis submoniti, et eosdem abbatem et conventum Indensem exhereditavimus de bonis predictis; et omnia et singula contenta in mandato predicto abbatis et conventus Indensis, cui presentes littere sunt appense, exequti sumus bona fide. In cujus rei testimonium. presentibus litteris, ego magister Nicholaus sigillum meum duxi apponendum. Et ego frater Stephanus predictus, sub sigillo dicti thesaurarii me comprehendo, et usus sum eodem in hac parte.

Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, dominica post festum beati Andree.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original jadis scellé [1]; *Ibidem*, en vidimus dans une charte originale délivrée au mois de janvier 1265 par l'official de Tournai. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 842; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1044.

753.

L'abbé et les moines de Saint-Martin font un échange de biens avec l'abbesse et le couvent de Notre-Dame d'Ath, et établissent une compensation entre les six deniers de Hainaut qu'ils devaient payer chaque année à ce couvent, et les vingt-huit deniers que ledit couvent leur devait annuellement.

Samedi 25 février 1262.

Universis presentes litteras visuris. R[adulphus], divina permissione abbas Sancti Martini Tornacensis, totusque ejusdem loci conventus, necnon O ...., abbatissa Sancte Marie de Ath, Cisterciensis ordinis, et conventus dicti loci, salutem in Domino.

Noverint universi quod ecclesia de Ath predicta tenet de ecclesia Sancti Martini Tornacensis tria jornalia prati, parum plus vel parum minus, que ecclesia de Ath acquisivit a Petro dicto le Monnier; item unum jornale prati quod tenet ad tria jornalia predicta, quod acquisivit dicta ecclesia de Ath a Petro dicto Franit; item tria jornalia que acquisivit a Martino dicto Panier; et predicta septem jornalia jacent infra ambitum monasterii ecclesie de Ath superius memorate. Item tenet unam viam xxv virgarum, jacentem ante monasterium predictum, quam acquisivit a Virelai. Item tenet dimidium bonarium terre arabilis que fuit Johannis dicti de Ponte, et que jacet ad locum qui dicitur Delà le voie. Et pro premissis omnibus tenetur dicta

[1] Il est aujourd'hui impossible de se servir de cet original.

ecclesia de Ath ecclesie Sancti Martini predicti, singulis annis in festo Nativitatis Domini, reddere et solvere xxviii den. et obolum Hanoniensis monete.

Noverint insuper universi, quod ecclesia Sancti Martini predicti tenet de ecclesia de Ath predicta tria jornalia prati ad locum qui dicitur Ribiconpret; item tria jornalia terre que tenent ad predictum pratum; que jornalia acquisivit ecclesia Sancti Martini predicti ab heredibus Johannis dicti de Ponte superius memorati. Et pro premissis tenetur ecclesia Sancti Martini predicti ecclesie de Ath predicte reddere et solvere, singulis annis in festo Nativitatis predicte, sex den. monete predicte. Item ecclesia Sancti Martini predicti excambium fecit sive permutationem erga ecclesiam de Ath predictam in hunc modum, quod ecclesia de Ath dedit ecclesie Sancti Martini unum bonarium prati, triginta quatuor virgas minus, quod pratum habebat dicta ecclesia de Ath ad locum qui dicitur ad Ribeconpret. Et dicta ecclesia Sancti Martini dedit ecclesie de Ath unum bonarium et lvii virgas terre arabilis, quam terram habebat ecclesia Sancti Martini ad locum qui dicitur au Triaumont, versus Hardimes, juxta terram que fuit Johannis de Ponte, ratione excambii prenominati. In cujus rei testimonium presentibus litteris in signum cyrographi factis nostra sigilla duximus apponenda.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. I°, sabbato ante Invocavit me.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 170.

754.

L'évêque de Cambrai approuve la fondation d'une nouvelle chapellenie à Sirault.

Vendredi 24 mars 1262.

N[icholaus], Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris, salutem in Domino.

Noveritis quod nos, facta diligenti inquisitione super valore et onere

capellanie apud Syrau, in ecclesia parrochiali dicte ville de novo constructe, et de his que circa hec erant inquirenda, vocatis ad hec propter hoc evocandis, capellaniam ipsam pontificali auctoritate presentium tenore confirmamus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. I°, feria sexta post Letare Jherusalem.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 200.

755.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, énumère et ratifie toute une série d'acquisitions de francs-alleux et de dîmes, faites par l'abbaye de Saint-Martin.

Avril 1262 [1].

Nos Margareta, Flandrie et Hanonie comitissa, notum fieri volumus universis, quod nos grata et rata habemus ea que inferius sunt subscripta, videlicet collationes seu concessiones quas fecit vir nobilis Arnulphus de Mauritanea, castellanus Tornacensis, fidelis noster, monasterio Sancti Martini de Tornaco, ordinis sancti Benedicti.

Cum enim dictum monasterium haberet et ab antiquo habuisset molendina diversa, et in diversis locis, in castellania Tornacensi, super rivum de Ries et super rivum de Maiere, et dictus castellanus calengiam aliquam super eorum vivaria sita juxta eorum molendina et super exclusas dictorum molendinorum posuisset, tandem ipse dictam calengiam quitans omnino, concessit dicto monasterio dicta vivaria et exclusas dictorum molendinorum, sicut ipsum monasterium tunc habebat in dicta castellania Torna-

[1] En 1261 la fête de Pâques fut célébrée le 24 avril, et en 1262 elle eut lieu le 9 avril. Il est donc plus probable que notre charte est de 1262 (n. st.) que de 1261. Cependant la date d'avril 1262 doit être proposée avec d'autant plus de prudence, qu'une charte de la comtesse Marguerite, de même nature absolument que la présente, fut donnée en février 1261. Cfr. ci-dessus n° 736.

censi ab eodem monasterio imperpetuum pacifice possidenda. Insuper, et totam terram que est juxta aquam de Ries, extra bannileucam Tornacensem, inter pontem lapideum apud Ries, sicut itur versus Warnaviam, et exclusam superioris molendini monasterii predicti versus Heram, tam extra quam intra exclusas et ipsum rejectum, si tamen ibidem aliquid sit rejecti, exceptis keminis que ibi sunt, concessit idem castellanus predicto monasterio imperpetuum pacifice possidenda, prout in litteris dicti Arnulphi super hoc confectis continetur. Item dictus Arnulphus de Mauritanea contulit dicto monasterio dimidium bonarium prati allodii sui in duabus peciis, jacens in parrochia de Froania, in loco qui dicitur au Loket. Item dominus Sigerus de Evergnies, miles, contulit monasterio Sancti Martini predicto sex bonaria terre allodii sui, et terragium quod habebat in dimidio bonario terre Willelmi dicti Cokiel, jacentia in pluribus peciis in parrochiis Sancti Leodegarii et de Evergnies. Item Godescaldus de Mauroit et Maria, uxor ejus, contulerunt predicto monasterio duo bonaria terre et quadraginta virgas allodii franci in parrochia Sancti Leodegarii, in locis qui dicuntur as Mares et apud Raulenghien. Item Theodericus de Pesc, miles, et Margareta, ejus uxor, vendiderunt predicto monasterio duo bonaria terre et septem virgas allodii sui, jacentia in parrochia de Evergnies. Item Amourricus de l'Espesce, Maria et Johanna, sorores ejus, vendiderunt predicto monasterio triginta sol. Parisiensium annui redditus allodii sui franci, cum omnibus juribus que habebant in quinque quartariis terre et tribus quartariis prati allodii sui, jacentibus in parrochiis de Evergnies et Sancti Leodegarii in quatuor peciis. Item Arnulphus de Frankerue vendidit predicto monasterio terragium octo bonariorum et dimidii terre allodii sui, jacentia in parrochia de Evergnies, cum omnibus juribus suis et pertinentiis, per legem consuetam et judicium francorum scabinorum. Item predictus Arnulphus vendidit predicto monasterio decimam suam quam habebat in tribus bonariis terre et dimidio allodii sui, jacentia in parrochia de Evergnies, per legem consuetam, et judicium francorum scabinorum. Item Wetinus dictus Toulars, et Oda, uxor ejus, vendiderunt predicto monasterio totam decimam allodii sui franci quam habebant in parrochia de Evergnies, et censum unius denarii Laudunensis in quo tenebatur predictum monasterium ipsis, pro quodam prato sito in parrochia de Evergnies. Item dominus Egidius de Eyra, miles, recepit in feodum

a monasterio predicto sex bonaria nemoris allodii sui, jacentia in parrochia de Esplechin, in una pecia, de assensu dicti Arnulphi, domini de Mauritania. Item dominus Egidius de Haudion, miles, recepit in feodum a predicto monasterio quatuor bonaria terre sue sita in parrochia de Tintegnies, in una pecia, de assensu dicti Arnulphi de Mauritania. Item, dominus Michael de Nivella contulit predicto monasterio quicquid dominii vel juris habebat vel habere poterat in tribus quartariis terre predicti monasterii, jacentibus in parrochia Sancti Leodegarii in tribus peciis. Item predictum monasterium excambivit erga dictum Anselmum de Aigremont tria quartaria terre, tribus virgis minus, jacentia in parrochia de Weis, pro tribus quartariis terre, tribus vergis minus, jacentibus in eadem parrochia in duabus peciis, de assensu domini Arnulphi, domini de Mauritania, a quo tenebantur in feodum. Item emit dictum monasterium a Henrico dicto Spise, et Elisabeth, uxore ejus, totam decimam quam habebant in parrochia de Emlenghien, de assensu domini Balduini de Isenghiem, militis, a quo tenebatur in feodum, et de nobis descendebat. Item emit dictum monasterium a Lamberto de Bounarde, quamdam decimam quam habebat in parrochia de Leide, in viginti tribus bonariis terre et quatuordecim haustris avene annui redditus, de assensu domini Walteri, militis, majoris de Derslenghien, a quo tenebantur ad censum. Item emit predictum monasterium a Willelmo de Lende totam decimam quam habebat in parrochia de Lede, de assensu domini Arnulphi de Cysonio, a quo predicta decima in feodum tenebatur. Item emit dictum monasterium a Lamberto dicto Stien, et ejus uxore, totam decimam quam habebant in parrochia de Querne, de assensu domine Sibilie de Cysonio, a qua tenebatur in feodum, et de assensu Hellini, filii ejus, domini de Cysonio. Item dominus Balduinus de Isenghiem, miles, et Agnes, uxor ejus, vendiderunt predicto monasterio totam decimam quam habebant in parrochiis de Wevlenghien et de Guedlenghien, de assensu domini Johannis de Aldenarde a quo tenebatur in feodum.

Nos autem predicta omnia et singula, in quantum ad nos pertinent, pro nobis ac nostris successoribus approbantes, grata et rata habemus, et volumus firma et stabilia dicto monasterio imperpetuum permanere, omnem justiciam que nobis aut nostris successoribus competit, vel de jure potest aut debet competere in predictis vel aliquibus predictorum, nobis

et nostris successoribus retinentes. In predictorum autem testimonium et munimen, presentes litteras monasterio Sancti Martini predicto tradidimus, sigilli nostri appensione munitas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 379; *Ibidem*, Cartulaire 124, fol. 26v.

756.

Le pape Urbain IV concède à l'abbaye de Saint-Martin le droit de réclamer les biens échus à ses moines, par succession ou autrement, tout comme s'ils étaient restés dans le monde.

Viterbe, 31 mai 1262.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis vestre precibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia que liberas personas fratrum vestrorum, mundi relicta vanitate ad vestrum monasterium convolantium et professionem facientium in eodem, jure successionis vel alio justo titulo, si remansissent in seculo, contigissent, et ipsi potuissent libere aliis erogare, feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum Viterbii, IIo kalendas junii, pontificatus nostri anno primo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 407.

757.

Huart de Dameries et sa femme Hauwis font, en présence des échevins d'Ath, diverses donations à l'abbaye de Saint-Martin.

Dameries, vendredi 2 juin 1262.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke Huars de Dameries et Hauwis, se feme, en l[or] plaine vie, en lor santé et en lor boin sens, ont donet pour Dieu et en ausmosne et en restor, à le glise Saint Martin de Tournai, quatre cens coruois, et VIII vins berbis, et quan qu'il ont et aront en meules et en iretages; et çou ont il otriiet et gréet sans rapieler. Et si ont fianciet et juret pardevant [les] eskievins de Ath Huars et Hauwis devant dit, que jamais encontre cest don ne encontre ceste ausmosne ne venront, ne le rapieleront. Et li glise Saint Martin a otriiet ke cescuns d'aus deus puist doner pour s'âme à se mort x lib. de blans.

Ce fu fait à Dameries, pardevant les eskievins de Ath, teus com Huon de le Court, et Nicholon de Bevrene. Et si furent dans Gilles de Ciele et dans Gilles Losquegniols, mousnie de Saint Martin de Tornai, et molt d'autres boines gens, l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC et LXII, le devenres en Pentecouste.

Et pour çou ke ce soit ferme chose et estavle, si en est cyrographes fais, delquel li eskievin d'Ath wardent l'une partie, et li glise Saint Martin de Tornai warde l'autre.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 34; chirographe original sur parchemin.

758.

L'abbaye de Saint-Martin arrente à Clarembaut de Valenciennes, clerc, une partie de la maison ayant appartenu à Evrard de Condé, à Tournai, sur l'Escaut.

Juin 1262.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, que li glise de Saint Martin de Tournai a werpit et dounet à rente perpétuel à Clarenbaut de Valen-

cienes, clerk, toute le partie de le maison par deviers Pont ki fu jadis Evrart de Condet, tout si que cil iretages siet devant et derrière, sour Escaut, entre le maison ki fu Pieron le Tondeur, et l'éritage ki fu Jehan Careton, tout si comme Jakemes Derin le tiunt encontre G[osson de] Camphaing, et Derins dou Porc apriès cestui Jakemon; lequel iritage Dierins devant dis reporta et werpi pardevant eskevins, en le main de le glise Saint Martin. Por le rente qu'il devoit de cest iritage devant nomet, doit Clarenbaus à le glise Saint Martin de Tournai de rente iritavle par an cent saus de Parisis; s'en doit à le Noel L s., et à le saint Jehan Batiste L s. sivant apriés, et XII Lonisiens de cens cascun an à le saint Rémi; et parmi tel cens et tel rente, li glise devant dite doit loiaument cest iritage conduire à celui Clarenbaut jusques à l'assens des eskevins. S'est asavoir que Clarenbaus devant dis, ne si oir, ne autres à cui cius iritages viengne, ne par escange ne par acat, ne puent ne vendre ne douner sour l'éritage ki devant est només autre rente, ne apeser de plus que de cent saus de Parisis et des XII Lonisiens de cens devant dis, se çou n'estoit par l'otroi et par le volenté de le glise devant dite. A cest werp et à cest arentement furent comme eskevin : Gilles Gourdine, Jakemes li Provos, Goses de Leuse, Jehans Sartiaus, Jehans Tourete, Hennins li Justice et Colars de Willemiel, tout siet comme eskevin. Et por çou que toutes ces coses devant dites soient fermes et estavles, que nus tors n'en soit fais, ne nus maus cius, par alongement de tans ne par oblit, à le glise devant nomée, ne à Clarenbaut de Valencienes, clerk, s'en est cyrographes fais en trois pièces, delquel li eskevin devant nomet wardent l'une partie pour sovenance de cesti cose, et li glise Saint Martin warde l'autre partie, et Clarenbaus le tierce partie.

Ce fu fait l'an de l'incarnasion Jhésu Crist mil CC. et LXII, el mois de geskerec c'on apielle jun.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 84; chirographe original sur parchemin.

759.

Le châtelain de Tournai approuve l'acte par lequel Hellin de Mortagne a reçu en fief, de l'abbaye de Saint-Martin, les terres à Templeuve en Dossemer que ledit Hellin tenait jadis en alleu.

Septembre 1262.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Jhesu Crist M. et CC. et LXII, el mois de septembre.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 53; original scellé en cire brune, sur simple queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 264; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1136 [2].

760.

Le doyen et le chapitre de Saint-Pierre de Cassel publient les conditions de l'accord qu'ils ont passé avec l'abbaye de Saint-Martin, pour le partage des dîmes dans diverses paroisses de la châtellenie de Courtrai.

Lundi 14 mai 1263.

Universis presentes litteras visuris, decanus et capitulum ecclesie Beati Petri Casletensis, salutem in Domino.

Cum propter labilem hominum memoriam multociens in dubium veniant que geruntur, expedit conventiones et pacta inter domesticos fidei ordinata, non absque magnis laboribus et expensis, litteris exprimi, ne per lapsum temporis in recidive questionis scrupulum relabantur. Hinc est quod cum inter nos et ecclesiam nostram, ex una parte, et viros religiosos

[1] Cet original n'est plus utilisable.
[2] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 129.

abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, necnon de Gudlenghem, de Wevlenghem, de Ledenghem, de Ysenghem, de Emlenghem, de Lede, de Curne, de Wakines, de Zulte, de Willebeka, de Fivia Sancti Bavonis, et de Mouskeron presbiteros parrochiales, ex altera, super decimis nova[lium] infra metas dictarum parrochiarum existentium, in castellania Curtracensi, aut que emergi poterunt in futurum infra metas predictas, exorta fuisset materia questionis, tandem mediantibus probis viris, inter ecclesiam nostram et ipsos talis amicabilis compositio intervenit:

Ecclesia nostra siquidem Casletensis, et abbas et conventus ac presbiteri predicti, in parrochiis memoratis, integre in eadem perceptione decimarum permanebunt in qua fuerunt usque ad tempus anni Domini millesimi ducentesimi sexagesimi tercii; hoc adjecto quod si decime que ab ecclesia nostra Casletensi tenentur sub annuo censu avene vel pecunie, a quibuscumque qui infra dictas parrochias detinent vel occupant decimas per emptionem, seu redemptionem, vel quoquo modo alio, revocari vel census predicti augeri, que omnia et singula dicti abbas et conventus de consensu ecclesie nostre, et ecclesia nostra de consensu ipsorum facere tenebuntur, salvo ecclesie nostre censu antiquo quem percipere consuevit. Id quod residuum fuerit in duas partes dividetur equales, quarum una ecclesia nostra Casletensis predicta percipiet, reliquam predicti abbas et conventus ac memorati presbiteri, quilibet pro rata se contingente, et secundum quod a quolibet contribuetur in negocio supradicto. Et de decimis in posterum emergendis in locis predictis inter nos et ecclesiam nostram et ipsos, similis est divisio facienda. De expensis enim que fient occasione omnium predictarum decimarum, sive redimendo, sive colligendo, sive litigando contra quoscunque, vel alio quoquo modo, pro rata sua quilibet contribuere tenebitur secundum quod magis vel minus unusquisque percipiet de decimis supradictis. Et si una partium predictarum dictas decimas infra dictarum parrochiarum limites existentes redimeret, vel partem earum ex altera partium pro rata se contingente contribuere in ipsarum redemptionem decimarum non vellet vel non posset, predicte decime a parte eas redimente possiderentur, fructibus in sortem minime computatis, donec altera pars de precio redemptionis pro rata sua eisdem satisfaceret competenter. Si vero aliquam dubitationem ex premissis vel ipsa-

rum actione oriri contingat, stabunt omnino declarationi et interpretationi decani ecclesie Casletensis, prioris Sancti Martini Tornacensis, quicunque fuerint pro tempore, et decani ecclesie Sancti Petri Insulensis, quicunque fuerit, si dicti duo discordes essent in declaratione et interpretatione superius nominatis. Et tam ecclesia nostra Casletensis quam predicti abbas et conventus eorum declarationem et interpretationem tenebuntur firmiter observare. Predicta compositio facta fuit de consensu et voluntate ac auctoritate reverendi patris Johannis, Dei gratia Tornacensis episcopi, in cujus dyocesi site sunt decime memorate. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Actum annó Domini M°. CC°. sexagesimo tercio, feria II[a] post Ascensionem Domini.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 625.

761.

Mémoire pour l'abbé et le couvent de Saint-Martin, demandeurs, contre Marie de Coupegnies et Sigerus, son mari, défendeurs, dans une cause pendante devant l'official de Tournai [1].

Mercredi 6 juin 1263.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. III°, die mercurii post octabas Trinitatis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 76; original jadis scellé sur double queue de parchemin.

[1] Nous aurions voulu publier cet intéressant petit mémoire; malheureusement l'état de délabrement dans lequel il se trouve aujourd'hui ne nous eût permis d'en donner qu'une édition incomplète et peu compréhensible.

762.

Le chevalier Walterus de Honlede vend à l'abbaye de Saint-Martin la part de la dîme de Beverne qu'il tenait en fief de Jean de Donze, seigneur de Landrenghem, et qui relevait du domaine d'Audenarde.

Juillet 1263.

Ego Walterus de Honlede, miles, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod ego, de assensu Johannis de Donza, domini de Landrenghem, et viri nobilis Johannis, dicti domini de Audenarde, vendidi bene et legitime monasterio Sancti Martini Tornacensis totam decimam quam de dicto Johanne de Donza tenebam in feodum, et de feodo de Audenarde descendebat; videlicet terciam partem totius majoris decime de Beverne, precio quingentarum et triginta libr. Flandrensium novorum, quindecim sol. minus. Et dictam decimam werpivi bene et ad legem, ad opus dicti monasterii, prout in litteris dicti Johannis, dicti domini de Audenarde, super hoc confectis plenius continetur; promittens fide et sacramento interpositis, quod de cetero contra dictam venditionem per me vel per alium non veniam, nec venire procurabo in futurum, nec queram artem vel ingenium, per me vel per alium, per que dictum monasterium, ex quacunque causa, in posterum molestetur, sed de dicta decima dictum monasterium, tanquam de suo proprio, gaudere permittam in perpetuum pacifice et quiete; concedens et volens, tenore presentium, quod ad omnia et singula observanda, prout superius et in litteris Johannis de Audenarde predicti sunt expressa, dominus terre justicia qua convenit me compellat. Profiteor etiam michi a dicto monasterio de precio venditionis dicte decime, videlicet de quingentis et triginta lib. Flandrensium novorum supradictis, quindecim solid. minus, esse plenarie satisfactum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 388.

763.

Jean de Donze, seigneur de Landrenghem, approuve la vente de la portion de la dîme de Beverne tenue de lui en fief par Walterus de Honlede, faite par ledit Walterus à l'abbaye de Saint-Martin, et investit l'abbaye de la propriété de cette dîme.

Vendredi 6 juillet 1263.

Ego Johannes de Donza, dominus de Landrenghen, notum facio tam presentibus quam futuris, quod Walterus de Honlede, miles, homo meus feodalis, et Aelidis, uxor ejus, assensu viri nobilis Johannis, dicti domini de Audenarde, et meo interveniente, vendiderunt bene et legitime, monasterio Sancti Martini Tornacensis, totam decimam quam a me tenebant in feodum, et de feodo de Audenarde descendebat, jacentem in parrochia de Beverne, juxta Roulers, in personatu monasterii Sancti Martini predicti, videlicet tertiam partem totius majoris decime de Beverne, ad ipso monasterio habendam, tenendam, et in perpetuum pacifice possidendam, et hoc precio quingentarum et xxx^a librarum Flandrensium novorum, xv sol. minus, de quibus recognoverunt sibi a dicto monasterio in numerata pecunia esse plenarie satisfactum. Et ipsam decimam werpiverunt et reportaverunt in manus meas, ad opus dicti monasterii, uxore dicti Walteri habente advocatum secundum legem patrie ad hoc specialiter sibi datum, dictas venditionem, werpitionem et reportationem, una cum marito suo predicto, ut dictum est, faciente, easdem laudante, approbante et expresse consentiente in eisdem, ac fidem et sacramentum prestante, quod contra predicta vel aliquod predictorum, per se vel per alium non veniet nec venire procurabit in futurum, eadem uxore renuntiante expresse, juramento interposito, juri si quod habebat vel habere poterat in dicta decima, ratione dotis, assignamenti, vel donationis propter nuptias, vel alia quacunque causa.

Et quia de tenemento feodi de Audenarde predicti nullum hominem preterquam dictum Walterum habebam, homines viri nobilis Johannis,

dicti domini de Audenarde predicti, domini superioris dicti feodi, apud ipsum dominum Johannem, ut dicte venditio, werpitio et reportatio bene et ad legem fierent, impetravi; videlicet : Arnulphum le Dorpre, Balduinum d'Ordentun, Gossuinum Screase, Walterum de Scirvelde, Johannem fratrem ejus, Johannem de Eeke, Johannem de Houtenghen, Willelmum Pere, Johannem de Tiedenghem, Johannem de Molendino, Cassonem fratrem ejus, Balduinum de Nova ecclesia, Balduinum dictum Hontim de Plasche, et Johannem dictum Alain. In quorum omnium et singulorum hominum predictorum presentia facte fuerunt bene et ad legem, ac secundum patrie consuetudinem, venditio, werpitio et reportatio supradicte, apud Audenarde, juxta castrum domini Johannis de Audenarde, coram Plovir, ballivo suo ad hoc ab ipso specialiter destinato, et me Johanne de Donza, domino de Landrenghien, predicto, et Balduino de Houte, ballivo meo; ita quod homines predicti ad hoc specialiter evocati, requisiti, et etiam a dictis ballivis, ex parte mea et ex parte domini Johannis, dicti domini de Audenarde, submoniti quod dicerent utrum venditio, werpitio et reportatio supradicte bene et ad legem facte essent, et si dictus Walterus de Honlede et ejus uxor, de dicta decima tantum fecerant quod nec ipsi nec eorum heredes jus aliquod de cetero habebant vel habere poterant in eadem, vel reclamare poterant per se vel per alios in futurum, habitis inter se deliberatione et consilio, responderunt quod bene et ad legem facte erant venditio, werpitio et reportatio antedicte, dicentes per jus quod dicti Walterus et Aelidis, ejus uxor, per advocatum ad hoc ad legem specialiter sibi datum, tantum de dicta decima fecerant quod in eadem nichil juris penitus habebant, nec in ipsa umquam aliquo tempore ipsi seu eorum heredes aliquod poterant reclamare quoquo modo.

Post que omnia et singula bene et ad legem, ut dictum est, facta, ego Johannes de Donza, predictus, ipsam totalem decimam in manus meas modo predicto werpitam ac etiam reportatam, reportavi in manus Egidii, dicti Loskengneul, prepositi, et Egidii de Ciele, cellararii, monachorum Sancti Martini, ad opus monasterii Sancti Martini memorati, quitans ac expresse renuntians omni juri feodali, vel alii cuicunque quod habebam vel habuisse poteram in decima supradicta; volens et concedens expresse quod ipsum monasterium dictam decimam et fructus ejusdem, jure perpetuo teneat, habeat et possideat, tamquam suos, ab eo in perpetuum, sine

servicio feodali et alio onere, dictam decimam cum fructibus, ut dictum est, pacifice possidendam, mea seu alterius cujuscumque reclamatione non obstante, si forte ego vel alius in ea, quod absit! jus aliquod reclamaret. Ut autem omnia et singula, prout superius sunt expressa, rata et firma permaneant in futurum, ego Johannes de Donza predictus presentes litteras sepedicto monasterio Sancti Martini Tornacensis tradidi, sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini M°. CC°. LX°. III°, in octavis apostolorum Petri et Pauli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 384.

764.

Jean, dit seigneur d'Audenarde, seigneur du Rosoit, vidime et approuve l'acte par lequel Jean de Donze, seigneur de Landrenghem, a transféré à l'abbaye de Saint-Martin la part de la dîme de Beverne vendue à cette abbaye par Walterus de Honlede.

Juillet 1263.

Ego Johannes, dictus dominus de Audenarde, dominus de Roseto, notum facio universis presentes litteras inspecturis, me litteras dilecti et fidelis mei Johannis de Donse, domini de Landreghem, vidisse in hec verba :

« Ego Johannes de Donza », etc. (*Suit le texte de la charte du 6 juillet 1263, publiée sous le n° 763.*)

Ego autem Johannes de Audenarde predictus, supradicta omnia et singula profiteor facta de consensu et voluntate mea, ipsa omnia et singula grata et rata habens, ad petitionem dicti Johannis de Donsa, domini de Landrenghem, laudo, approbo, et tamquam dominus superior dicti feodi confirmo. Promittens quod omnia et singula supradicta faciam inviolabi-

liter observari et ad hoc me tenore presentium obligo. In cujus rei testimonium et munimen perpetuum, presentes litteras predicto monasterio tradidi, sigilli mei munimine roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 386.

765.

L'official de Tournai déclare qu'Aelidis, femme du chevalier Walterus de Honlede, a approuvé la vente faite par son mari à l'abbaye de Saint-Martin de la part qu'il possédait dans la dîme de Beverne, et qu'elle a renoncé à tous les droits qu'elle pouvait avoir sur cette dîme.

Samedi 21 juillet 1263.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia propter subnotata personaliter constituta Aelidis, uxor Walteri de Hanlede, militis, venditionem totius decime quam ipsi Aelidis et Walterus, ejus maritus, a Johanne de Donza, domino de Landrenghem, tenebant in feodum, et de feodo de Audenarde descendebat, jacentis in parrochia de Beverne, juxta Roullers, in personatu monasterii Sancti Martini Tornacensis, videlicet tertie partis totius majoris decime de Beverne, ac etiam werpitionem et reportationem ipsius decime ab ipsa Aelidi et dicto Waltero, ejus marito, ad opus monasterii Sancti Martini predicti factas, bene et ad legem ac secundum patrie consuetudinem, precio quingentarum et triginta librarum Flandrensium novorum, quindecim solidis minus, prout recognovit ipsa Aelidis coram nobis, et in litteris viri nobilis Johannis, dicti domini de Audenarde,

domini de Roseto, super hoc confectis et sigillo suo sigillatis plenius contineri vidimus, laudavit, approbavit et eisdem, prout facte sunt, suum consensum adhibuit gratulanter expressum; recognoscens et asserens sibi et ejus marito predicto, de dicto venditionis precio esse a dicto monasterio in numerata pecunia plenarie satisfactum, et ipsum precium in utilitatem suam et ejus mariti totaliter esse conversum. Promisit etiam predicta Aelidis, fide et juramento ab eadem corporaliter prestitis coram nobis, quod contra dictas venditionem, werpitionem et reportationem, per se vel per alium non veniet in futurum, nec aliquod jus in dicta decima seu fructibus ejusdem sibi de cetero reclamabit, vel procurabit seu faciet per alium reclamari, ratione dotis sive dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus, victus, assignamenti, elemosine, seu alia ratione quacunque, omni juri, si quod habebat vel habere debebat aut poterat in premissis, expresse renuntians ad opus monasterii memorati. Juravit insuper predicta Aelidis quod premissa faciebat et consentiebat in eisdem, non vi, non metu a dicto marito suo vel alio ad hoc inducta, sed spontanea voluntate, non coacta, non ignorantia aliqua, sed ex conscientia certa, propriaque utilitate pensata. Voluit etiam et concessit dicta Aelidis, si contra premissa vel aliquod eorumdem veniret vel venire procuraret, se ad desistendum, et ad premissa omnia et singula firmiter tenenda et inviolabiliter observanda, per censuram ecclesiasticam a nobis posse compelli, et quantum ad hoc se nostre supposuit jurisdictioni, ubicunque commoretur in futurum; renuntians in premissis omnibus et singulis exceptioni non numerate non solute pecunie, et spei pecunie numerande aut quod justo precio non sit dicta venditio facta, vel quod in suum commodum pecunia non sit conversa, exceptioni doli mali, pacti conventi, metus causa, non numerate dotis, omni juris auxilio tam canonici quam civilis, omni privilegio et indulgentie sibi a domino papa, ejus legato vel legatis, concessis aut in posterum concedendis, beneficio restitutionis in integrum, et specialiter beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidium justi precii asserunt se deceptos, omni consuetudini et statuto, et generaliter omnibus exceptionibus facti et juris que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in sepedicti monasterii redundare prejudicium et gravamen. In cujus rei testimonium, ad instantiam predicte Aelidis, sigillum sedis Tornacensis presentibus duximus apponendum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, sabbato ante festum beate Marie Magdalene.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 386.

766.

Jean d'Esplechin énumère et confirme toutes les acquisitions de biens faites par l'abbaye de Saint-Martin à Esplechin, et précise les conditions dans lesquelles l'abbaye et lui pourront exercer, par leurs échevins respectifs, leurs droits de justice et autres audit Esplechin.

Samedi 3 novembre 1263.

Ego Johannes de Esplecin notum facio tam presentibus quam futuris, quod ego, in presentia reverendi patris Johannis, Dei gratia Tornacensis episcopi, fratris Michaelis, prioris Fratrum Predicatorum Insulensium, Amolrici, domini de Landast, et hominum suorum, parium meorum, videlicet : Gossuini de Bruella, Johannis de le Rosière, militum, Hellini de Mortagne, Boscardi de Fait, et Petri de Anich, et quorumdam aliorum, personaliter constitutus, profiteor et tenore presentium professus sum, quod ecclesia Sancti Martini Tornacensis acquisivit bene et legitime a viro nobili domino Johanne de Esplecin, quondam patre meo, et postmodum longo tempore quiete possedit, ea que inferius sunt declarata sive scripta ; videlicet : terragia quindecim bonariorum terre vel circiter, et omnia jura, dominationis et justicie, que habebat vel habere poterat pater meus vel ejus heredes in terragiis et terris predictis. Item omnes census quos eidem patri meo debebat ipsa ecclesia pro quibusdam terris, in puram elemosinam condonavit, et quicquid de feodo suo acquisierat ipsa ecclesia, vel ipsi ecclesie in possessionem devenerat, idem pater meus ratum habuit, approbavit et quitavit. Item dicta ecclesia acquisivit a patre meo predicto octo

bonaria terre sue jacentis apud Esplecin, quorum tria bonaria et dimidium jacent ex opposito del Casteler, versus Tornacum, et quatuor et dimidium ad Spinam secus viam de Bovines. Item eadem ecclesia acquisivit quatuor bonaria terre que fuerunt de feodo Balduini Callau. Item ipsa ecclesia acquisivit a Terrico de Pesc sex bonaria terre que descendebant de feodo patris mei. Item a Walcero de Guignies duo bonaria terre. Item acquisivit de terra fratris Symonis, quondam ipsius ecclesie conversi, tria jornaria terre; in quibus omnibus suprascriptis vel declaratis, dictus pater meus nichil sibi vel suis successoribus, justicie, dominationis vel aliquid cujuslibet juris retinuit, sed jus et dominationem predicte ecclesie concessit et quitavit.

Item ego Johannes prenominatus profiteor quod dicta ecclesia acquisivit a Johanne, filio Egidii de Roupi, sex bonaria terre vel circiter, cum uno manso, que dicta ecclesia tenet de me, mediante annuo censu scilicet duodecim denariorum Laudunensium, in festo sancti Remigii, mihi vel nuntio meo, solvendorum, infra abbatiam Sancti Martini Tornacensis. Item acquisivit dicta ecclesia a Balduino de Bovrich quinque quartaria terre vel circiter, pro qua terra tenetur mihi dicta ecclesia in censu duorum denariorum Laudunensium, in festo sancti Remigii solvendorum infra abbatiam predictam. Item ipsa ecclesia acquisivit a Thoma de Spina tres quartarios prati vel circiter, de quibus tenetur mihi vel nuntio meo solvere annuum censum duodecim den. Parisiensium, in festo sancti Remigii, in abbatia predicta solvendorum. Et ego teneor pro supradicto et singulo censu mittere ad abbatiam Sancti Martini predictam, et petere a preposito, cellarario et pitanciario, vel a duobus eorum, sub testimonio competenti, ipsum censum. Et si predicta ecclesia esset tunc in defectu solutionis dicti census, ipsa ecclesia ex dicto defectu ad nullam aliam teneretur emendam mihi vel successoribus meis, quam ad censum duplicatum. Item cum parrochiani de Esplecin dicerent se jus habere in stipulis aliarum terrarum Sancti Martini predicti, in parrochia et territorio de Esplecin existentium, videlicet in octoginta et sex bonariis terre vel circiter de allodiis, dicta ecclesia hoc eis negante, tandem dicte stipule eisdem parrochianis per sententiam arbitralem fuerunt abjudicate, et eidem ecclesie dicte stipule per eandem sententiam remanserunt tanquam sue.

Ego autem Johannes predictus, pro me et meis successoribus, profiteor

et tenore presentium promitto, quod ego et mei successores tales habebimus tenentes nostros et hospites, quod dictam ecclesiam super dictis stipulis de cetero non molestabunt, et compellemus eos ad id observandum; et quod ego aut heredes mei sive successores nullum jus habemus in stipulis et terris supradictis, et quod dicte terre et terragia, et cetera omnia supradicta vel declarata, ad dictam ecclesiam de jure pertinent et debent de jure pertinere, et ea justo titulo et longo tempore legitime possedit; et quod ego aut mei successores nullum jus aut justiciam in predictis habemus, nec de cetero in eis aliquid cujuslibet juris poterimus reclamare, nisi solummodo in octo bonariis et uno quartario terre et prati, vel circiter, videlicet in quinque quartariis terre Balduini de Bovrich, in tribus quartariis prati Thome de Spina, et in sex bonariis cum manso Johannis de Roupi, justiciam secundum quod in carta domini de Landast, super sex bonaria terre de Roupi cum manso confecta, continetur.

Item, cum ego et mei antecessores et dicta ecclesia habuerimus ab antiquo simul scabinos, qui scabini communiter judicare consueverant in causis et negociis tam ipsius ecclesie quam meis et antecessorum meorum, tandem, pace, concordia, et communi utilitate pensatis, de consilio proborum, inter me et ecclesiam predictam est concorditer et firmiter ordinatum quod ego et mei successores de cetero scabinos seu judicatores nostros per nos habebimus, et dicta ecclesia similiter suos scabinos vel judicatores per se habebit, per quos judicatores vel scabinos ipsa ecclesia libere et absolute poterit judicare, cercamanare, et omnia et singula negocia ad ipsam ecclesiam pertinentia facere, nec ego vel mei successores per nos vel per alium seu alios hoc poterimus perturbare, nec etiam justiciam, scabinos vel judicatores ipsius ecclesie impedire; similiter nec ipsa ecclesia meos vel successorum meorum justiciam, judicatores vel scabinos poterit aliquatenus impedire. Si vero dicta ecclesia de meis hospitibus, vel judicatoribus et successorum meorum cum suis scabinis vel judicatoribus opus habuerit et petierit, pro circamanagiis faciendis aut veritatibus accipiendis, tenemur ego et mei successores eidem ecclesie accommodare eosdem homines vel judicatores. Si autem ego vel mei successores suis scabinis vel judicatoribus indiguerimus, tenetur nobis in casu consimili accommodare suos judicatores vel scabinos. Et sciendum quod si contingat judicatores vel scabinos ipsius ecclesie querere sensum vel inquestam, dicta ecclesia vel ejus justicia

eosdem judicatores vel scabinos, de hiis que descendunt de feodo de Landast, ducet ad homines domini de Landast feodales; de allodiis autem ad illos ad quos pertinet de allodiis dare inquestam. Ceterum si qui de tenentibus vel hospitibus ecclesie Sancti Martini predicti, supra terram meam ubi justiciam debeam obtinere vel emendam levare, forefaciant vel delinquant, a cellarario, preposito et pitanciario dicte ecclesie, vel a duobus ipsorum petere debebo, et ipsos requirere quod de dictis delinquentibus mihi faciant emendam exhiberi, et hoc petere debeo ab ipsis postquam dictum delictum ab ipsis tenentibus vel hospitibus extiterit perpetratum, et eosdem requirere sub testimonio competenti, infra ambitum monasterii Sancti Martini predicti, apud Tornacum, primo, secundo et tercio, et ipsi tres vel duo eorum, infra quadraginta dies postquam a me super premissis requisiti extiterint, ut dictum est, et dictum delictum vel forefactum eis per sufficientem probationem ostendi, tenentur mihi de dictis delinquentibus facere emendam exhiberi bona fide, secundum consilium proborum et judicatorum suorum, et ad illam emendam quam secundum dictum et consilium proborum ac judicatorum suorum mihi fecerint exhiberi, me tenere debeo, nec ultra id aliquid petere possum omnino. Quod si infra quadraginta dies post dictam ostensionem, predicti tres vel duo eorum, ut dictum est, de dictis delinquentibus mihi satisfieri non fecerint, extunc emendam ipsius forefacti vel delicti, et non ante, per meos judicatores potero facere judicari per legem et secundum legem, in presentia abbatis et conventus Sancti Martini predictorum, si per se vel suum nuntium voluerint presentes esse coram dictis judicatoribus meis, ad audiendum et videndum utrum per legem et secundum legem factum sit judicium predictum. Et ipsi abbas et conventus dictam emendam per legem et secundum legem judicatam, mihi debent facere persolvi infra alios quadraginta dies, dum modo sub dominio et potestate dictorum abbatis et conventus tantum in bonis habeant dicti delinquentes, quod sufficiat ad prestationem emende delicti eorumdem. Et hec omnia et singula, dictis abbati et conventui, de meis hospitibus et tenentibus vel subditis, teneor facere bona fide.

Preterea ego Johannes pro me et meis successoribus, omnes controversias, querelas, discordias, querimonias, dampna, sumptus et expensas, habita vel que haberi poterunt inter me, ex una parte, et predictam ecclesiam, ex altera, occasione premissorum, vel alia quacunque, usque in diem

date presentium litterarum, quito penitus et extingo; promittens fide et juramento a me corporaliter prestitis, omnia et singula superius scripta vel declarata, et alia in quibus dicta ecclesia jus habet, me firmiter observaturum, et nullo umquam tempore contra in toto vel in parte venire, per me vel per alium seu alios, successores meos ad omnia hec et singula obligando; volens et concedens si me aut meos successores contra premissa vel aliquod de premissis venire contingat, quod absit! quod reverendus pater episcopus Tornacensis, quicumque fuerit, me et meos successores ad desistendum venire contra premissa vel aliquod de premissis, et ad observandum inviolabiliter omnia et singula, prout superius sunt dicta, de plano et sine strepitu judicii, ad simplicem affirmationem abbatis, per censuram ecclesiasticam compellat, et dominus de Landast, aut dominus meus superior, quicumque fuerit, per saisitionem et captionem bonorum meorum et successorum meorum, cum detentione dictorum bonorum, hec omnia, ut superius sunt premissa et dicta, me et meos successores observare fideliter et non contraire predictis vel aliquibus de predictis constringant, si super hoc ab ecclesia vel ex parte ipsius fuerint requisiti. Volo nichilominus et concedo, quod si ego Johannes vel mei successores contra predicta et in carta presenti contenta, aut contra alia in quibus dicta ecclesia jus habet quoquo modo veniremus, quod absit! quod possessio aliqua seu tenura, si quam contra cartam presentem et contenta in eadem in prejudicium dicte ecclesie me vel meos successores usurpare contingat quoquo modo, quod dicta possessio vel tenura contra predictam ecclesiam et contenta in carta presenti, mihi vel meis successoribus opitulari non possint, et dicte ecclesie prejudicium generare, immo omnia et singula prelibata rata permaneant atque firma. Et ut predicta omnia rata et firma permaneant, expresse renuntio pro me et meis successoribus omni exceptioni fori, doli, deceptionis cujuscunque, vis vel metus, sine causa justa vel injusta, et ceteris omnibus, omnique juri canonico et civili, omni consuetudini, usagio, et statuto, et omni privilegio et indulgentie seu gratie jam impetratis vel etiam impetrandis concessis aut concedendis a quocunque prelato ecclesiastico, vel seculari potestate quacunque, et expresse renuntio indulgentiis crucesignatorum indultis vel indulgendis, et maxime dationi libelli, litis contestationi, et omnibus exceptionibus dilatoriis aut peremptoriis, et ceteris quibuscunque que possent mihi Johanni aut meis successoribus in

futurum valere contra presentes litteras vel contenta in eisdem, et obesse in parte vel in toto ecclesie supradicte.

Insuper Alardus, filius meus, et heres major natu, ac Balduinus, alter filius meus post hunc major natu, habentes sufficientem etatem quantum ad hoc, predicta omnia et singula, prout superius sunt enarrata, in presentia dominorum prenominatorum concesserunt, laudaverunt et approbaverunt liberaliter et benigne, et promiserunt fide et juramento interpositis, ea omnia se inviolabiliter observare; se et sua omnia presentia et futura, tam jurisdictioni domini Tornacensis quam domini sui secularis supponendo; concedentes quod compellantur per eos secundum quod superius est declaratum. Ut autem hec omnia illibata et inconcussa permaneant, supplicamus humiliter, tam ego quam predicti duo filii mei Alardus et Balduinus, qui meo sigillo utuntur in hac parte, reverendo patri nostro episcopo Tornacensi, et domino nostro de Landast, et omnibus aliis superioribus dominis, quod ipsi confirment, per litteras suas suis sigillis sigillatas, omnia et singula predicta. In quorum omnium robur et munimen, sigillum meum pro me et meis filiis predictis hoc mihi specialiter supplicantibus duxi apponendum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, in crastino Animarum.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original scellé en cire verte, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 198.

767.

Jean d'Esplechin déclare que si lui ou ses successeurs contreviennent à la charte précédente, le seigneur de Landas pourra les contraindre à la respecter, par tous moyens, même par la saisie de leurs personnes et de leurs biens.

Samedi 24 novembre 1263.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Johannes de Esplecin salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod omnia et singula in carta mea contenta, quam sigillo meo sigillatam tradidi ecclesie Sancti Martini Tornacensis, que sic incipit :

« Ego Johannes de Esplecin, notum facio tam presentibus quam futuris, quod ego in presentia reverendi patris Johannis, Dei gratia Tornacensis episcopi, fratris Michaelis, prioris Fratrum Predicatorum Insulensium, Amolrici, domini de Landast, et hominum suorum, et cetera. Actum anno Domini M°. CC°. LX°. III°, in crastino Animarum. »

Promisi, fide et juramento a me corporaliter prestitis, fideliter et firmiter in perpetuum observare. Volens et concedens, et ad hoc me et meos obligans successores, quod si contra contenta in dicta carta, me aut meos successores venire contigerit in parte vel in toto, quod dominus de Landast, quicumque fuerit, tam me quam meos successores compellere possit, et compellat per captionem et detentionem bonorum ac corporum nostrorum, ad observationem omnium et singulorum in predicta carta contentorum. Et ad hec omnia et singula firmiter observanda, tam ego quam duo filii mei majores natu, videlicet Alardus et Balduinus, habentes sufficientem etatem, qui meo sigillo utuntur in hac parte, bona nostra presentia et futura, ac etiam corpora nostra ergà dominum de Landast obligamus. In cujus rei testimonium, presentes litteras, pro me et dictis filiis meis Alardo et Balduino predictis, hoc mihi supplicantibus, feci sigillo meo sigillari.

Datum et actum presentibus domino meo, domino de Landast, et hominibus meis, paribus suis, videlicet : Gossuino de Bruella, Johanne de le Rosiere, militibus, Terrico Majore de Roupi, Johanne de Roupi, clerico, Johanne dicto Batel de Ovegnies, et Gerardo de Namaing, anno Domini M°. CC°. LX°. tercio, sabbato ante festum beati Andree apostoli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 203.

768.

Amaury, seigneur de Landas, vidime et approuve la charte de Jean d'Esplechin en date du 3 novembre 1263, et promet à l'abbaye de Saint-Martin d'assurer l'exécution de cette charte.

29 novembre 1263.

Universis presentes litteras inspecturis, ego Amolricus, miles, et dominus de Landast, salutem in Domino.

Noveritis me litteras dilecti et fidelis mei Johannis de Esplecin, hominis mei feodalis, vidisse in hec verba :

« Ego Johannes de Esplecin, notum facio et cetera. »

Ego autem Amolricus predictus, omnia et singula in dicta carta contenta rata habens et grata, profiteor ea facta esse de assensu et voluntate mea, promittens tenore presentium, quod omnia et singula in predicta carta expressa et declarata sive dicta, faciam in perpetuum inviolabiliter observari. Et ad hec omnia et singula firmiter adimplenda, erga predictam Sancti Martini Tornacensis ecclesiam, me et meos in perpetuum obligo successores.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo [tertio, in vigilia . . . . .] beati Andree apostoli.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original scellé en cire verte, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 204.

769.

L'évêque de Tournai vidime et confirme la charte de Jean d'Esplechin, du 3 novembre 1263.

Tournai, jeudi 29 novembre 1263.

J[ohannes]. Dei gratia Tornacensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos litteras Johannis de Esplecin vidisse in hec verba :

« Ego Johannes de Esplecin, notum facio et cetera. »

Et nos episcopus Tornacensis predictus, ad preces et instantiam dicti Johannis de Esplecin, et Alardi et Balduini, filiorum suorum predictorum, qui propter hoc coram nobis constituti in jure premissa omnia et singula, prout in suprascriptis litteris dicti Johannis sunt expressa, similiter recognoverunt et se obligaverunt, fide et juramento, ad premissa omnia et singula firmiter et inviolabiliter observanda, se tam dicti duo filii ejusdem Johannis, videlicet Alardus et Balduinus, quam idem Johannes, nostre jurisdictioni supponentes, ubicumque duxerint commorandum, ea omnia et singula prout superius sunt expressa, quantum in nobis est, auctoritate pontificali confirmamus et approbamus, et presentem paginam abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis predicti, sigillo nostro contulimus sigillatam.

Datum et actum Tornaci, anno Domini M°. CC°. LX°. tercio, in vigilia Andree apostoli.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 24; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 205.

770.

Le pape Urbain IV prend sous sa protection les moines et les biens de l'abbaye de Saint-Martin.

Orvieto, 10 décembre 1263.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Sedes apostolica devotas et humiles filios ex assuete pietatis officio pro-

pensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem terras, prata, paschua, nemora, possessiones, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc. Si quis autem, etc.

Datum apud Urbem veterem, iii° idus decembris, pontificatus nostri anno iii°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 422.

771.

L'official de Tournai déclare que Fouket de Gand a fait amende honorable à l'abbaye de Saint-Martin, pour avoir saisi dans l'enceinte de l'abbaye un Tournaisien nommé Gilles de Holaing, qui s'y était réfugié.

Janvier 1264.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Fouketus dictus de Gandavo, coram Johanne dicto Joveniel, clerico, notario curie Tornacensis, ad hoc a nobis specialiter destinato, recognovit se violenter extraisse a septis monasterii Sancti Martini Tornacensis Egidium dictum de Holaing, civem Tornacensem, qui ad dictum monasterium causa tuitionis confugerat, ut dicebat. Quem Egidium idem Fouketus ad dictum monasterium reducens, ipsum infra metas dicti monasterii reposuit, libere et absolute, in loco a quo eum extraxerat, ut dicebat, et eidem monasterio ipsum Egidium restituit libe-

rum et absolutum; promittens fide et juramento interpositis, quod staret voluntati abbatis dicti monasterii super illo forefacto, et quod de eodem forefacto prestaret emendam dicte ecclesie ad dictum dicti abbatis; et de dicta emenda, ut dictum est, prestanda, Johannes de Gandavo, frater dicti Fouketi, erga dictam ecclesiam se plegium constituit pro Fouketo sepedicto. Dictus vero abbas eidem Fouketo, nomine emende predicte injurie, injunxit quod die dominica. nudis pedibus, crinibus sparsis, in tunica succinctus, virgam gerens in manu, post conventum dicti loci circa claustrum ejusdem ecclesie processionem unam prosequeretur, et ipsa prosecuta, ante majus altare ipsius ecclesie, a presbitero divina celebrante ipso die ibidem reciperet disciplinam, promittendo quod dicte ecclesie hujusmodi injuriam de cetero non inferret. Qui Fouketus, nomine emende dictam processionem, prout dictum est, fuit prosecutus, sicut hec omnia nobis retulit notarius supradictus. In cujus rei testimonium litteras presentes sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. tercio, mense januario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 60.

772.

Le pape Urbain IV prend l'abbaye de Saint-Martin sous la protection du Saint-Siège, et la confirme dans la possession de tous ses biens, droits et privilèges.

Orvieto, 28 février 1264.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii Sancti Martini Tornacensis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet. aut robur,

quod absit! sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Martini Tornacensis in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona, idem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; in dyocesi Tornacensi decimas, terras, grangias, prata et possessiones que habetis in villis que Evregnies, Warnave, Duisempiere, Longesauc, Froania, vulgariter nuncupantur; in Cameracensi dyocesi decimas, terras, grangias, prata, vineas, possessiones quas habetis in villis que Chayn et Costentaing vulgariter appellantur; in Noviomensi dyocesi decimas, terras, grangias, vineas, nemora, prata et possessiones que habetis in territoriis villarum que Tourote et Cambrone vulgariter appellantur; in Laudunensi dyocesi decimas, grangias, terras, vineas, nemora, prata et possessiones que habetis in villa que Cantelus vulgariter appellatur, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero absque communi litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum

autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a dyocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus sine assensu dyocesani episcopi et vestro, capellam sive oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones, ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis, secularibusve personis, a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi assensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre, paterna imposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate, et dyocesani episcopi canonica justicia, et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum [ecclesiastica] secula-

risve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Urbanus, catholice ecclesie episcopus. Ego Symon, tituli Sancti Martini presbiter cardinalis, etc.

Datum apud Urbem veterem, per manum magistri Michaelis de Tholosa, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, III° kalendas martii, indictione VII[a], incarnationis Dominice anno M°. CC°. LX°. IIII°, pontificatus vero domini Urbani pape IIII anno III°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 419.

773.

Le châtelain de Tournai assigne à l'abbaye de Saint-Martin une rente à Evregnies et Saint-Léger, en échange d'une autre à Vals.

Mars 1264.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Jhesu Crist M. CC. et LXIII, el mois de marc.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 266 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 132.

774.

L'official de Noyon constate la vente d'une maison située non loin du pressoir du prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte, faite à ce prieuré par Pierre de Cambronne.

Avril 1264.

Datum anno Domini millesimo CC°. LX°. quarto, mense aprili.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin [1].

775.

Hugo Baras, maître Galterus Baie et Lambert Marse, chanoines de Saint-Pierre de Cassel, approuvent l'accord passé le 14 mai 1263 entre leur chapitre et l'abbaye de Saint-Martin, à l'occasion de dîmes dans la châtellenie de Courtrai, et scellent la présente charte de leurs sceaux propres, en attendant que le désaccord au sujet de la prévôté de leur chapitre ayant pris fin, ils puissent la sceller du sceau capitulaire.

Mardi 22 avril 1264.

Universis presentes litteras visuris, Hugo dictus Baras, magister Galterus dictus Baie, et Lambertus dictus Marse, canonici ecclesie Sancti Petri Callectensis, salutem in Domino.

Universitati vestre notum facimus [quod cum inter ecclesiam] nostram, ex [una par]te, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Martini

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 236.

Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, necnon et Guedlenghem, de Wevlenghem, etc. (*Le texte qui suit est identique à celui de la charte du 14 mai 1263, publiée ci-dessus n° 760. La fin de notre charte seule diffère, et après la phrase :* « Predicta autem compositio facta est de consensu et voluntate ac auctoritate reverendi patris Johannis, Dei gratia Tornacensis episcopi, in cujus dyocesi site sunt decime memorate » ; *on lit :*

Et quia nos Hugo dictus Baras, magister Galterus dictus Baie, et Lambertus dictus Marse, ad presens sigillo capituli nostri uti non possimus, propter discordiam preposimure ecclesie nostre, presentibus litteris sigilla nostra propria duximus apponenda; promittentes bona fide quod quamcitius poterimus, presentem compositionem sigillo capituli nostri procurabimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. sexagesimo IIII°, feria III^a post Resurrectionem Domini.

Dictam autem compositionem, quantum in nobis est, ratam habemus in perpetuum atque firm[am. Datum] ut supra.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, fol. 310.

776.

Le châtelain de Tournai approuve l'échange de terres à Dottignies, fait entre Estase de Wanempret et l'abbaye de Saint-Martin.

Juin 1264.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation Jhesu Crist M. CC. et LXIIII, el mois de junie.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 266 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 133.

777.

L'official de Tournai vidime la charte précédente.

Juin 1264.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos litteras viri nobilis Arnulphi, domini de Mauritania, castellani Tornacensis, sigillo ipsius sigillatas, vidisse in hec verba :

« Jou Ernous, sires de Mortaigne et castelains de Tornai », etc.

In cujus rei testimonium sigillum sedis Tornacensis presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. IIII°, mense junio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 269.

778.

L'official de Tournai déclare qu'en sa présence Estase de Wanempret, sa femme Mathilde, et leur fille Jeanne, ont promis de respecter l'échange de terres à Dottignies qu'ils ont fait avec l'abbaye de Saint-Martin, sous les auspices du châtelain de Tournai.

Juin 1264.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia propter hoc consti-

tuti Eustasius de Wanempret, Mathildis, ejus uxor, et Johanna, filia eorumdem, omnia et singula contenta in litteris viri nobilis Arnulphi, domini de Mauritania, castellani Tornacensis, quarum tenor sub sigillo sedis Tornacensis presentibus est annexus, recognoverunt esse vera, et ea prout facta sunt laudaverunt et approbaverunt, suum consensum eidem concorditer adhibentes expressum, ac promittentes fide et juramento coram nobis corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra contenta in dictis litteris vel aliquod eorumdem, per se vel per alium nullo modo venient in futurum, ratione minoris etatis vel lesionis cujuslibet, aut quia in excambio de quo in eisdem litteris fit mentio, non essent adhibite omnes sollempnitates que in talibus secundum legem aut consuetudinem patrie consueverunt adhiberi; immo eadem omnia et singula firmiter observabunt et facient inviolabiliter observari, tamquam facta, ut recognoverunt, bene et ad legem ac secundum patrie consuetudinem, prout decet asserentes se ab ecclesia Sancti Martini Tornacensis, de qua fit mentio in litteris sepedictis, octies viginti lb. quatuor lb. et x sol. Turonensium, ex dicto excambio et ex causa in dictis litteris expressa, in numerata pecunia recepisse, et sibi de eisdem esse plenarie satisfactum, easdemque in utilitatem et commodum ipsorum totaliter esse conversas, de quibus quitaverunt libere et absolute ecclesiam memoratam.

Promiserunt etiam predicte Mathildis et Johanna, sub fide et juramento jam prestitis ab eisdem, quod contra premissa vel aliquod premissorum in dictis litteris contentorum, decetero non venient per se, nec per alium venire procurabunt, ratione dotis sive dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus, victus assignamenti, elemosine seu alia ratione quacunque, nec causam, ingenium, occasionem, medium sive modum invenient neque querent, per que dicta ecclesia detrimentum aliquod patiatur in premissis, omni juri quod habebant vel habere poterant aut debebant, in terris ab ipsis erga dictam ecclesiam excambitis, renuntiantes expresse, ad opus ecclesie sepedicte. Juraverunt insuper Mathildis et Johanna predicte, quod premissa faciebant et consentiebant in eisdem, non vi non metu a predicto Eustasio vel alio ad hoc inducte, sed spontanea voluntate, non coacte, propria utilitate pensata, et necessitate compulse. Voluerunt etiam et concesserunt, tam dictus Eustasius quam Mathildis et Johanna prenotate, si contra premissa vel aliquod eorumdem venirent seu venire procurarent, se a nobis

ad desistendum, et ad premissa omnia et singula firmiter observanda, per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc se et suos heredes sive successores nostre supposuerunt jurisdictioni, ubicunque commorentur in futurum; renuntiantes in premissis omnibus et singulis, sub fide et juramento predictis, exceptioni non numerate pecunie non solute, exceptioni doli mali, metus causa, omni deceptioni et fraudi, omni beneficio et juris auxilio tam canonici quam civilis, omni privilegio et indulgentie tam crucis sumpte et assumende quam aliis quibuscunque a domino papa, ejus legato vel legatis, sibi concessis aut in posterum concedendis, beneficio restitutionis in integrum, et specialiter illi beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidium justi precii asserunt se deceptos, omni consuetudini et statuto, et generaliter omnibus exceptionibus facti et juris, ac omnibus aliis que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in prefate ecclesie redundare prejudicium et gravamen; intervenientibus in premissis omnibus et singulis dicti Eustasii, mariti dicte Mathildis, et Sigeri de Planca, dicte Johanne advocati, tutoris seu curatoris ejusdem, auctoritate et consensu. In cujus rei testimonium, sigillum sedis Tornacensis ad instantiam Eustasii, Mathildis et Johanne predictorum, presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. IIII°, mense junio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 269.

779.

L'official de Tournai déclare que Simon Sturio et sa femme Marguerite ont vendu à l'abbaye de Saint-Martin toute la dîme qu'ils possédaient à Lede.

Juin 1264.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia consti-

tuti Simon dictus Sturio, et Margareta, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse et werpivisse bene et legitime, ecclesie Sancti Martini Tornacensis, totam decimam quam habebant in parrochia de Lede, personatus Sancti Martini predicti, ab ipsa ecclesia in perpetuum pacifice possidendam, et hoc precio trecentarum et triginta sex librarum Flandrensium novorum. de quibus recognoverunt sibi ab ipsa ecclesia in numerata pecunia esse plenarie satisfactum; asserentes dictum precium in ipsorum utilitatem et commodum totaliter esse conversum; promittentes etiam fide et juramento coram nobis corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra hujusmodi venditionem et werpitionem, per se vel per alium non venient in futurum, nec aliquod jus in dicta decima reclamabunt, nec facient per alium reclamari; omni juri quod habebant in eadem decima expresse renuntiantes coram nobis, ad opus ecclesie Sancti Martini predicte. Eadem quoque Margareta, uxor dicti Simonis, renuntiavit coram nobis expresse omni juri quod sibi competebat vel competere poterat, seu habebat vel habere poterat in predicta decima, ratione dotis sive dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus, victus assignamenti, elemosine, seu alia ratione quacunque; promittens sub fide et juramento ab ipsa jam prestitis, quod ratione premissorum, vel alia, contra premissa non veniet, nec jus aliquod reclamabit in decima supradicta, et juravit quod premissa faciebat et consentiebat in eisdem, non vi, non metu a dicto marito suo vel alio ad hoc inducta, sed spontanea voluntate, non coacta, propriaque utilitate pensata Concesserunt insuper prefati Simon et Margareta, si contra premissa vel aliquod eorumdem in posterum venirent, per se vel per alium, se a nobis ad desistendum et ad observationem premissorum per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc se et suos heredes ac successores nostre supposuerunt jurisdictioni, ubicunque commorentur in futurum; renuntiantes in premissis exceptioni non numerate non habite pecunie, doli mali, omni beneficio et juris auxilio tam canonici quam civilis, et specialiter beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidium justi precii asserunt se deceptos, omni exceptioni facti et juris, omni privilegio et indulgentie sibi a quocumque concessis aut in posterum concedendis, et generaliter omnibus que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in prefate ecclesie redundare prejudicium vel gravamen. In cujus rei testimonium, ad instantiam predictorum Simonis et ejus uxoris, sigillum sedis Tornacensis presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense junio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 382; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 572, copie de 1686.

780.

Le prévôt, le doyen, et plusieurs chanoines de Saint-Pierre de Cassel notifient les conditions de l'accord intervenu entre leur collégiale et l'abbaye de Saint-Martin, à l'occasion de dîmes à Beveren.

Lundi 2 juin 1264.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. quarto, feria secunda post Ascensionem Domini.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original jadis scellé de dix sceaux pendants sur double queue de parchemin [1].

781.

Jean Hanebiele et maître Nicolas d'Arras, chanoines de Saint-Pierre de Cassel, approuvent l'accord passé entre leur chapitre et l'abbaye de Saint-Martin, à l'occasion de dîmes à Beveren.

Lundi 2 juin 1264.

Universis presentes litteras visuris, Johannes dictus Hanebiele, et

[1] L'état dans lequel se trouve aujourd'hui cet original, rend la transcription de la charte à peu près impossible.

magister Nicholaus de Attrebato, canonici ecclesie Sancti Petri Casletensis, salutem in Domino.

Noveritis quod nos compositionem factam inter ecclesiam nostram Casletensem, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Martini Tornacensis, ex altera, super decimis novalium in litteris presentibus appensis contentis, ratam habemus et gratam; et ad ipsam compositionem firmiter observandam, quantum in nobis [est,] tenore presentium nos obligamus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. IIII°, feria IIª post Ascensionem Domini.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 112.

782.

L'official de Tournai déclare que Baudouin, le meunier de Ries, et sa femme, ont donné à l'abbaye de Saint-Martin leur manse de la rue Canteraine, à Tournai.

Samedi 21 juin 1264.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Balduinus, molendinarius de Ries, et Liemoidis, uxor ejus, coram Johanne dicto Joveniel, clerico, notario curie Tornacensis, ad hoc a nobis specialiter destinato, quemdam mansum suum, continentem quinque hospitia, situm in parrochia Beate Katherine Tornacensis, in vico de Canterainne, ad locum qui dicitur ad Bartamet, in puram elemosinam et donatione inter vivos ecclesie Sancti Martini Tornacensis contulerunt, post eorum decessum ab ipsa ecclesia tenendum et habendum; promittentes fide et juramento interpositis quod contra dictam collationem,

per se vel per alium, non venient nec venire procurabunt; asserentes etiam sub fide et juramento predictis, quod dictam collationem, pro anime sue remedio, non in fraudem sive odium seu lesionem alicujus, faciebant, ad premissa observanda se et suos heredes obligando. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. quarto, sabbato post Trinitatem.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 19; original jadis scellé [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 56.

783.

Enumération des terres que l'abbaye de Saint-Martin possède à Taintegnies.

Juin 1264.

Anno Domini M. CC. LXIIII° ante festum sancti Johannis Baptiste, mensurate fuerunt terre de Tintegnies.

A le ghieskière, derrière le Gardin, v quartiers et dimidium et xiiii verges. As Toumbes, xiii boniers et i quartier et xi verges et demie. Au Rotoit, v quartiers et xiii verges. Et desous le Court, deviers le Bosc, xx boniers, ix verges et demie mains. A le Fontaine Saint Amant, demi bonier et demi quartier et xii verghes et demie. Au blet, devant l'Atre, par deçà le vile, viii boniers et i quartier et viii verghes. A Bauduinmaresch, vi boniers et i quartier. Et à le rue de Walli, v quartiers et lxvii verges. As v boniers deviers Guignies, viii boniers et xxxiiii verghes. Au Forestiel, vii boniers xxi verghes mains. A le marcaine, à le rue de le Cavée, xii boniers xxiii verges mains. A le rue de Monceaus, xv boniers et i quartier et xiii verges. A le Fontaine Saint Amant v boniers et demi et v verghes. A le rue de Wailli, iiii boniers et i quartier et xxv verghes. A

[1] Il est impossible actuellement de se servir de cet original.

Bauduinmaresc, III quartiers XXXII verges mains. A le pasture d'encosté Bauduinmaresch, III quartiers XII verges mains. As Buscailles, V boniers et quartier et demi et VI verghes et demie. El Manage, II boniers et demi et XXII verghes. El pret dame Marindre demi bonier VI verghes mains de pret.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 40v.

784.

L'official de Tournai déclare que Marie de Coupegnies a promis à l'abbaye de Saint-Martin qu'il lui serait payé chaque année, par elle et par ses descendants, un cens de deux deniers de Laon.

Lundi 28 juillet 1264.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod coram nobis constituta, Maria de Coupegnies promisit, tam pro se quam pro descendentibus ex ea recta linea, bona fide, se soluturam ecclesie Sancti Martini Tornacensis, singulis annis, nomine annui census, in festo beati Remigii, duos den. Laudunensium, posterioritatem suam ex ea descendentem recta linea per sexum femininum ad solutionem dicti census, et quemlibet dicte posterioritatis, in festo dicti beati Remigii, similiter obligando; promittens dicta Maria bona fide, quod contra premissa vel aliquod de premissis non veniet, nec per alium venire procurabit, sed ea omnia fideliter observabit; volens et concedens quod si contra premissa vel aliquod de premissis veniret, vel posteritas ipsius, quod nos ipsam et ejus posteritatem ad desistendum, et ad eadem observanda, per censuram ecclesiasticam compellamus, ubicunque commorentur, quantum ad hoc se nostre jurisdictioni supponentes. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo sedis [Tornacensis] fecimus sigillari.

Datum anno Domini M° CC°. LX°. IIII°, feria secunda ante beati Petri ad vincula.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 344.

785.

Le seigneur de Cysoing énumère et ratifie toutes les acquisitions faites par l'abbaye de Saint-Martin dans le domaine de Cysoing.

Août 1264.

Ego Hellinus, miles, dominus de Cysonio, notum facio universis presentes litteras visuris, quod ecclesia Beati Martini Tornacensis, prout in cartis meis et meorum predecessorum, dominorum Cysoniensium, vidi contineri, bene et legitime acquisivit terras et terragia et alia quedam bona in dominio Cysoniensi, prout inferius continetur; videlicet :

A Simone de Laoutre, terragium sex bonariorum terre, pro uno bonario et dimidio terre sue, per assensum Johannis dicti Hainnau, de quo illud terragium in feodum tenebatur, et per assensum bone memorie domini Arnulphi de Cysonio, quondam patris mei, de cujus feodo terragium illud descendebat. Item dicta ecclesia acquisivit per excambium, a Johanne dicto Haynau, terragium quod habebat idem Johannes in viginti bonariis terre dicte ecclesie apud Camphaimg, et quicquid juris habebat vel habere poterat dictus Johannes et sui successores in curte dicte ecclesie apud Camphaing, pro quinque bonariis terre et duodecim denariis Laudunensibus annui census, eidem Johanni ab ipsa ecclesia in festo sancti Remigii solvendis. Item dicta ecclesia per emptionem acquisivit a Nicholao dicto Clugnet quinque bonaria et tria quartaria terre arabilis, sita in parrochia de Camphaing, per assensum domini Arnulphi de Cysonio, patris mei predicti, de quo dicta terra tenebatur, ita quod dicta ecclesia, pro quolibet bonario, tenetur annuatim domino de Cysonio duos denarios in festo beati Remigii solvere nomine census. Item dicta ecclesia emit a Johanne del Mouliniel et Beatrice, uxore ejus, sex bonaria terre arabilis et tria quartaria prati triginta et tribus virgis minus, et tres raserias avene et dimidiam raseriam bladi ad mensuram Tornacensem annui redditus, et triginta denarios Laudunensis monete, et quatuor capones anuatim, sita in parrochia de Froania, de assensu domini Egidii de Quarta, militis, de quo predicta in feodum tenebantur, et de assensu domini Arnulphi de Cysonio,

patris mei supradicti, sub censu duorum denariorum pro quolibet bonario, et unius denarii pro redditu, ab ipsa ecclesia de domino de Cysonio et ejus heredibus tenenda. Item a Petro dicto Boteriel de Baisiu jura quedam, que dictus Petrus dicebat se habere in tribus bonariis terre, que dicta ecclesia habebat in parrochia de Camphaing, videlicet censum annuum sex denariorum quod debebat dicta ecclesia ire ad ejus placita ter in anno, ut dicebat, et quicquid a dicta ecclesia poterat exigere dictus Petrus occasione dicte terre, dicta ecclesia emit sive redemit de assensu domini Arnulphi de Cysonio, patris mei supradicti, de quo predicta in feodum tenebantur, sub annuo censu sex denariorum ab ipsa ecclesia domino de Cysonio in festo beati Remigii solvendorum. Item dicta ecclesia emit a Johanne dicto Hainau terragium quod ipse habebat in tribus bonariis terre dicte ecclesie in parrochia de Camphaing, de assensu meo de quo dictum terragium tenebatur. Item contulit dicte ecclesie dominus Johannes, quondam dominus de Cysonio, viginti et unum bonaria terre jacentis apud Ovegnias, et terragium septem bonariorum terre jacentis apud Camphaing, paulo plus vel minus.

Premissa omnia et singula, prout in cartis meis et predecessorum meorum continentur, et omnia alia que possidet et hactenus possedit dicta ecclesia in meo dominio et mea potestate, usque ad datam presentium litterarum, confimo eidem ecclesie et tamquam dominus garandizare promitto. Et sciendum est quod omnes census predicti, quorum summa est triginta duo denarii, debent solvi apud Camphaing majori meo si eum ibidem habeam; et si majorem non habeam, ego teneor mittere nuntium meum ad censuarium vel custodem curtis quam habet dicta ecclesia apud Camphaing, propter censum meum, qui si tunc solutus non fuerit, ecclesia ad nullam aliam emendam tenebitur nisi ad censum duplicatum. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, litteris presentibus sigillum meum duxi apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense augusto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 39; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 205.

786.

L'official de Tournai vidime la charte du samedi 8 juillet 1245, relative à l'évaluation des biens à Tourelies échangés entre le chevalier Egidius de Alneto et l'abbaye de Saint-Martin.

Mercredi 3 septembre 1264.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, nos litteras virorum venerabilium magistri N. de Orchies, quondam officialis Tornacensis, veteri sigillo sedis Tornacensis, et sigillo Walteri, quondam decani Sancti Brictii in Tornaco, sigillatas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui viciatas, anno Domini M°. CC°. LX°. quarto, feria quarta post Decollationem beati Johannis Baptiste, in hec verba : (*Suit le texte de la charte du samedi 8 juillet 1245, publiée ci-dessus, n° 556*).

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 15; original jadis scellé sur double queue de parchemin.

787.

Baudouin d'Aubechicourt, seigneur d'Estaimbourg, acense à l'abbaye de Saint-Martin le droit de pâture sur le rejet qu'il possède devant la ferme de l'abbaye à Cattegnies.

Décembre 1264.

Jou Bauduyns d'Aubechicourt, chevaliers, sires d'Estaimbourch, fac savoir à tous chiaus qui ces lettres verront et orront, que je voel, consenc et ottroy, que li église de Saint Martin en Tournay ait le pasturage en tout le reghiet que j'ai à Katheingnies, en IIII bonniers de terre pau plus pau

mains, séans devant le court de l'église devant dite, à tenir de mi et de mes successeurs hiretablement et francquement, sans relief, et sauve le justice à mi et mes hoirs, par vi deniers, monnoie de Flandres, de cens, à payer à my et à mes hoirs, u à no command, cascun an, au jour saint Remy, à me maison à Estaimbourc, en tel manière que jou ne mi hoir ou successeur ne poons prendre d'or en avant, ne traire à no demaine ne à no propre regiet, ne li église devant dite au sien, qu'il ne demeurre à coumune pasture. Et à che tenir loyaulment à tous jours, obleghe jou mi, mes hoirs et mes successeurs. Et pour chou que ce soit ferme cose et estable, ay jou donné ces présentes lettres seellées de men propre seel à l'église dessus dite.

En l'an de grasce M. CC. LXIIII, el mois de décembre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 478.

788.

Baudouin d'Aubechicourt, chevalier, seigneur d'Estaimbourg, donne à cens à l'abbaye de Saint-Martin le droit de pâture sur un rejet qu'il possède à Cattegnies.

Janvier 1265.

En l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. LX. et quatre, el mois de jenvier [1].

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 272.

[1] Le dispositif de cette charte est identique à celui de la précédente; mais la copie du Cartulaire 121 de Bruxelles, qui est contemporaine du document, ne présente naturellement pas les *rajeunissements* d'orthographe qu'on peut constater dans la copie du Cartulaire 127.

789.

L'official de Laon constate la vente faite par Thierry de l'Orme et sa femme à Gontier de Tournai, d'une maison à Vaux-sous-Laon, au profit de laquelle existait une servitude de passage sur un domaine de l'abbaye de Saint-Martin.

Samedi 17 janvier 1265.

Universis presentes litteras visuris, magister Hugo de Bisuntio, officialis Laudunensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod constituti coram Gilone de Tudinio, clerico, notario curie Laudunensis jurato, ad hoc a nobis specialiter destinato, Terricus de Vallibus subtus Laudunum, dictus de Ulmo, filius quondam Wiardi, dicti de Ulmo, et Aelidis, ejus uxor, filia Remigii dicti de Thooniaco, vendiderunt et tradiderunt, et se vendidisse et tradidisse recognoverunt Gontero de Tournaco, laico, precio centum librarum et decem librarum Parisiensium de quibus ipsi venditores recognoverunt sibi a dicto emptore in peccunia numerata esse plenius satisfactum, quandam domum sitam in villa de Vallibus subtus Laudunum, cum curte et pourprisio, grangia, et cum omnibus appendiciis et pertinenciis dicte domus eidem domui adjacentibus, et specialiter cum aisiamento ingrediendi in eadem curte et in illud pourprisium, et egrediendi ab illa curte et ab illo pourprisio per portam existentem in manerio quod abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis, dicte domui vendite contiguo, in latere versus parrochialem ecclesiam dicte ville de Vallibus, tenent et possident; quod asiamentum dicebat idem Therricus ad se et ad dictam domum venditam jure perpetuo debere pertinere, et se et antecessores suos, tam pro se quam pro eorum vecturis, prout volebant successive, ab antiquo habuisse, et se et antecessores suos aisiamento illo usos fuisse. Quam siquidem domum supradictam, cum ejus pourprisio et appendiciis, pertinentiis et aisiamento jamdictis, dicto Gontero, ut dictum est, venditam, habebant dicti venditores, ut dicebant, sitam in dicta villa de Vallibus, prope parrochialem ecclesiam ejusdem ville de Vallibus, inter dictum manerium dictorum

abbatis et conventus, ex parte una, et manerium Johannis dicti Trousse et Geruidis vidue, ex altera, prout dicta domus, ut dictum est, vendita, cum omnibus ejus appendiciis, pourprisio et pratello se extendunt ante et retro et undique. Que domus dicto Gontero, ut dictum est. vendita, pervenerat dicto Therrico jure hereditario, ut dicebat idem Therricus. Que etiam domus, ut dictum est, vendita cum ejus pourprisio, pratello et appendiciis, debet singulis annis tres solidos Parisiensium annuos tantummodo; quitantes penitus et imperpetuum, et fide media, venditores antedicti emptori predicto, heredibus et successoribus ejus, domum predictam cum ejus pourprisio, pratello, aisiamento et appendiciis predictis.

Et promiserunt fide corporaliter prestita, dicti Therricus et Aelidis, ejus uxor, et specialiter dicta Aelidis spontanea et non coacta, ut dicebat, et de auctoritate et assensu dicti Therrici. mariti sui, qui ei super hoc coram dicto clerico nostro auctoritatem prebuit et assensum, quod nec ipsi Therricus et ejus uxor, nec aliquis ex eis, contra venditionem, traditionem et quitationem predictas non venient per se vel per alium in futurum, ratione dotis, sive dotalicii, seu donationis propter nuptias, sive jure acquisitionis aut hereditario, seu quocunque alio modo vel titulo, et quod in dicta domo, prout dictum est, vendita, et ejus appendiciis predictis. seu etiam occasione eorumdem, nichil de cetero reclamabunt; sed dicto emptori, heredibus ac successoribus ejus, de eadem domo cum ejus pourprisio, pratello, appendiciis, aisiamento et pertinentiis jamdictis, legittimam imperpetuum portabunt garandiam, mediante annua debicione predicta, adversus omnes juri et justicie super hoc parere volentes. Et ad dictam garandiam modo predicto perpetuo portandam. se heredes et successores suos, et quemlibet in solidum obligaverunt dicti venditores, et constituerunt imperpetuum obligatos, renunciantes nichilominus specialiter et expresse, et fide media, dicti Therricus et Aelidis, ejus uxor, omni exceptioni doli mali, tam facti quam juris, omni deceptioni et lesioni, ac omni beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini et statuto, exceptioni non numerate pecunie, non percepte. non tradite et non solute, et omnibus aliis exceptionibus et rationibus juris et facti que dici possent vel obici contra presens instrumentum, et specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere.

Preterea etiam dicti Terricus et Aelidis, ejus uxor, coram dicto clerico nostro ad hoc destinato, se de domo predicta, cum ejus pourprisio, appen-

diciis et pertinentiis predictis, devestiverunt in manus Henrici dicti Labigant, majoris laicalis justicie loci, in quo loco dicta domus vendita consistit; qui major dictum emptorem, ad requisitionem dictorum venditorum, investivit et posuit in corporalem possessionem ejusdem, adhibitis sollempnitatibus que in talibus contractibus consueverunt adhiberi, et presentibus Henrico de Montibus, Willelmo dicto Longo, scabinis. Predictis etiam conventionibus et venditioni, et omnibus supradictis, presentes fuerunt coram dicto Gilone, clerico, ipse partes, videlicet emptor et venditores, major, scabini supradicti, prior de Chantrus, duo ejus monachi, Hen .... rières, magister Johannes de Créci, Perrekardus de Marla, Henricus Berars, Willelmus dictus de Vallibus, cives Laudunenses et plures alii.

Preterea Henricus Berars, civis supradictus Laudunensis, coram dicto Gilone, clerico nostro, ad hoc a nobis specialiter destinato, constitutus, in dicta venditione et in omnibus predictis consensit, et quitavit penitus emptori predicto dictam domum, et quicquid juris habebat in illa et habere poterat, tam ratione quorumcunque assignamentorum, quam quacunque alia ratione, et omnibus assignamentis sibi a dictis Therrico et ejus uxore ad dictam domum cum ejus pourprisio, pratello et appendiciis, usque ad presentem diem factis, renuntiavit penitus et expresse, et quitavit penitus et imperpetuum dictum emptorem de toto assignamento predicto, sicut hec omnia nobis retulit Gilo, clericus noster antedictus, ad hoc a nobis, ut dictum est, specialiter destinatus, cui fidem super hoc indubitanter duximus adhibenda. In quorum omnium testimonium et perpetuam memoriam, presentes litteras patentes emisimus, sigillo curie Laudunensis, salvo jure domini Laudunensis episcopi et alieno, roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense januario, sabbato ante festum beati Vincentii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 76; deux originaux scellés en cire verte, sur double queue de parchemin.

790.

L'official de Tournai constate le don fait à l'abbaye de Saint-Martin par Gontier de Boneria, sergent de cette abbaye, de la maison à Vaux-sous-Laon acquise par lui de Thierry de l'Orme.

Samedi 7 février 1265.

Universis presentes litteras inspecturis. officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia constitutus Gonterus, serviens ecclesie Sancti Martini Tornacensis, dictus de Boneria, recognovit se contulisse et contulit in puram elemosinam, ob remedium anime sue, dicte ecclesie, domum quandam sitam in Vallibus subtus Laudunum, ab ip[sa ecclesia] perpetuo possidendam, quam emit a Theoderico de Ulmo, promittens fide et juramento interpositis quod contra collationem predictam per se vel per alium non veniet nec venire procurabit, et quod faciet et curabit quod liberi sui, cum ad legitimam pervenerint etatem, dictam collationem ratificabunt et approbabunt si ab ipsa ecclesia fuerit requisitus; volens nichilominus et concedens quod si ipsum vel aliquem heredum suorum contra predictam collationem venire contigerit, penam ducentarum librarum Parisiensium predicte ecclesie reddendarum, tam ipse quam ipsi successores quicumque contravenerint, incurrant, predicta collatione rata permanente atque firma. Et ad omnia et singula supradicta firmiter observanda se et suos successores obligans, seipsum et eosdem successores, quantum ad premissa omnia et singula, nostre jurisdictioni supposuit, ubicumque duxerint commorandum. Volens et concedens ut tam ipsum quam suos successores ad observationem premissorum [omnium] et singulorum per censuram ecclesiasticam compellamus; renuncians etiam in premissis omnibus et singulis, sub fide et juramento predictis, omni beneficio, auxilio juris tam canonici quam civilis et omni exceptioni que tam sibi quam suis successoribus competere posset in

futurum et obesse ecclesie memorate. Juravit insuper dictus G[onterus] quod dictam collationem non fecerat in fraudem vel lesionem cujusquam. In cujus rei testimonium, ad instantiam ipsius G[onteri] sigillum sedis Tornacensis presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, sabbato post Purificationem beate Virginis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 76; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 112 pour le début, et p. 5 pour la fin de la charte.

791.

Énumération des biens de l'abbaye de Saint-Martin au Maisnil.

Février-Mars 1265.

Anno Domini M°. CC°. LXIIII°, in quadragesima, mensurate fuerunt terre et prata nostra del Maisnil.

In una parte IIII boniers III verges et dimidia. Post ea III bonaria et XLVIII verges. Post VII bonaria. Situs grangie XXVII verges et demie.

Summa per totum : XIIII bonaria XXIX verges et dimidia.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 32[v].

792.

Le châtelain de Tournai approuve l'achat fait par l'abbaye de Saint-Martin des francs-alleux appartenant à Pierre d'Esquelmes dans les paroisses d'Evregnies et de Saint-Léger, et de ceux que possède Aloul de Pecq à Pecq.

Mars 1265.

Che fu fait l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Jhésu Crist M. CC. et LXIIII, el mois de marc.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 27; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 477 [2].

793.

L'official de Tournai déclare que Gheluidis, la veuve du chevalier Jean de Genlaing, a ratifié le don de deux bonniers de terre à Longuesauch et Wissempierre, fait par feu son mari à l'abbaye de Saint-Martin, et qu'elle a livré cette terre à l'abbaye.

Mars 1265.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra propter hoc presentia constituta domina Gheluidis, relicta quondam domini Johannis de Genlaing, militis, vidua, compos sui et sane mentis existens, collationem pridem factam in elemosinam a quondam dicto Johanne, suo marito, ecclesie Sancti Martini Tornacensis, de duobus bonariis parum plus vel minus terre arabilis ipsius Gheluidis et dicti quondam ejus mariti, site inter Longhesauch et Duisempiere, et attinentis terre Mathei de Era, armigeri, que quidem bonaria tenentur de domino de Nivella sub annuo censu unius den. Laudunensis quodlibet bonarium, ut dicebat, laudavit et approbavit quantum in se erat, et eidem

[1] Il serait maintenant impossible d'utiliser cet original.

[2] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 136.

collationi expresse consensit, ac eadem duo bonaria vel circiter terre que ipsa Gheluidis tenebat et possidebat tanquam suam hereditatem, ut dicebat, recognovit se contulisse et contulit coram nobis in puram elemosinam, pro animarum ipsius Gheluidis et quondam ejus mariti salute, dicte ecclesie Sancti Martini Tornacensis, ad opus elemosine prefate ecclesie, ab ipsa ecclesia sub annuo censu predicto in perpetuum pacifice possidenda. Et promisit coram nobis dicta Gheluidis, sub fide et sacramento corporaliter prestitis ab eadem, quod contra dictas collationes, per se vel per alium non veniet in futurum, nec in dicta terra seu fructibus ejusdem aliquid reclamabit, nec faciet per alium reclamari, ratione dotis sive dotalicii, ususfructus vel alius cujuslibet assignamenti, omni juri quod habebat aut habere debebat ac poterat in dicta terra seu fructibus ejusdem, ratione premissorum vel quacumque alia, renuntians ad opus ecclesie memorate; volensque et concedens quod dicta ecclesia terram predictam teneat et possideat tanquam suam, ac fructus suos in eadem faciat, non obstante oppositione quacumque ab ipsa Gheluide vel ejus heredibus sive successoribus de cetero facienda, si quam, quod absit! fieri contingeret ab eisdem. Juravit insuper dicta Gheluidis, quod premissa faciebat et fecerat spontanea, non coacta, nullo metu ad hoc inducta, nec in fraudem vel detrimentum cujusquam; concedens si contra premissa vel aliquod eorumdem de cetero veniret, per se vel per alium, se ad desistendum et premissa observandum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli, se et suos heredes seu successores quantum ad hoc coram nobis, tenore presentium, specialiter obligando et nostre juridictioni supponendo, ubicumque commorentur in futurum; renuntians in premissis omnibus et singulis omni exceptioni, deceptioni et fraudi, omni beneficio et auxilio juris tam canonici quam civilis, ac omnibus aliis que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in sepedicte ecclesie redundare prejudicium vel gravamen. In cujus rei testimonium, ad instantiam dicte Gheluidis, sigillum sedis Tornacensis presentibus duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense martio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 23; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 149.

794.

L'abbaye de Saint-Martin arrente, en présence des échevins de Tournai, à Gilles le Goudalier et à sa femme Agnès, une maison située à Tournai, sur le Marché.

Juin 1265.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront. que li glise Saint Martin de Tournai a donnet à Gillion le Goudalier, et à Agniès se feme, ki fu fille Nicholon Waleri, à rente toutes leur vies. puis le mort Willaume Palle, se maison ki siet el Markiet de Tournai, entre le maison Jakemon Ghiselin et le maison Gossiel de Saint Quentin. si come elle siet deseure et desous, et devant et derrière, et toutes les apendances de celui hiretage, cescun an pour le pris de xvi lb. de Tornois, de tel mon (*sic*) ki au jor de paiement sera coursaule comunément dedens Tornai, à paiier le moitiet au Noel, l'autre moitiet à le saint Jehan Baptiste. Et si doivent cil Gilles et Agniés retenir tout l'iretage devant dit tant com il viveront, fors d'enviesir. Et s'il avenoit qu'il ne paiassent dedens le mois apriés çou que li paiemens seroit eskeus, li glise Saint Martin les puet faire vuidier, et reprendre sen iretage, sans calenge de nului; et tout en tel manière les puet li glise faire vuidier, s'il estoient en deffaute de retenir cel hiretage si con dit est, i mois apriés chou ke li rentiers u li provos de l'abeie lor aroit somons. Et s'il avient que cis hiretages reviegne par aucunes de ces ii manières en le main Saint Martin, u quant il revenra par le mort de celui ki daerrains morra de Gillion et Agniés devant dis, revenir i doit avoec tous li amendemens qu'il i aront pardevant fait, ne si n'en poront puint oster ne faire oster, ne il ne lor oir. Et si doit on savoir que Gilles et Agniés devant dit, u cil d'eaus deus ki sorvivera l'autre, ne pueent ne ne doivent alleurs manoir que deseure en le maison devant ditte, tant qu'il demorront dedens Tournai, ne à autrui celi partie ne pueent louwer, ne faire ens manoir autre maisnie ne autre gent ke leur propre maisnie avoec aus, se çou n'est par le gret des segneurs de le église devant ditte ; mais le partie desous, s'il leur plaist, poront il louer, et autrui faire manoir ens s'il voelent, tant qu'il viveront, sauves les covenences qui deseure sunt dittes.

Et si doit on savoir ke Gilles et Agniés devant dit sunt jà entret, par le gret et le volentet des segneurs de l'abeie de Saint Martin, en le partie là Willaumes manoit, et en sen puint sunt de celi partie soustenir et retenir, et de demorer ens et de paiier tant que Willaumes Palle en paioit cescun an, tant que cil Willaumes vivera; c'est assavoir : vi lb. de Tornois et xx Paresis as tiermines k'il les paioit. et sour tel paine et par tel devise qu'il païer devoit. Et quant Willaumes Palle sera mors, tel partie que Robiers li Descaus tient de cel hiretage revenra à Gillion et Agniés devant dis, et le viudera Robiers et se maisnie. s'il n'i demeurent par le volentet des devant dis Gillion et Agniés; et sauf çou que Gilles et Agniés se feme paieront à le glise devant ditte, de ces vi lb. et xx Paresis, à l'avenant de çou que Willaumes Palle ara vescut de l'anée en lequele il morra. Et Robiers li Descaus en paiera ausi tel partie qu'il en devera pour le tans passet, à l'avenant de çou qu'il em paioit cescun an, por tel partie qu'il tenoit de l'hiretage devant dit. Et puis l'eure que Willaumes Palle sera mors, Gilles et Agniés devant dit, u cius d'eaus deus ki sourvivera l'autre, paieront à l'église devant ditte, de çou ki sera à passer de celle anée pour tout l'iretage devant dit, à l'avenant des xvi lb. premiers nomées. Et quant celle anée sera huers, il paieront d'an en an xvi lb., si con devant est deviset, u cius d'eaus deus ki sourvivera l'autre. Et si avenoit ke Gilles et Agniés se feme devant nomet morussent devant Willaume Palle, por çou ne demorroit mie ke li hiretages devant dis ne revenist à le église Saint Martin de Tornai, sans calenge et sans contredit de Willaume Palle et de ses oirs, et des oirs Gillion et Agniés devant només.

A cest arentement et à ces covenences devant dittes furent Nicholes de Willemiel, Nicholes Sarteaus, Jehans Aupolc, Gosses li Auteus, Jehans Colemers, Jehans d'Orke et Henris Pourrés, tout siet come eskievin. Et por çou que ce soit ferme chose et estavle, si en est cirographes fais en iii parties, delquel li glise Saint Martin warde l'une partie, li moiiesne partie est mise en le warde des eskievins devant només por sovenance de cesti chose, et le tierce partie warde Gilles Ballius.

Ce fu fait l'an de l'incarnation M. CC. et LXV, el mois de ghieskerec.

Tournai, Archives communales, Chirographes reliés, tome VIII, fol. 22; chirographe original sur parchemin.

795.

Le châtelain de Tournai déclare effectuée la remise à l'abbaye de Saint-Martin de tout ce qu'Ernoul del Wès possédait en fief et en alleu à Evregnies et à Saint-Léger.

4 juillet 1265.

L'an de l'incarnation Jhesu Crist mil CC. LXV, el jour de saint Martin le boillant.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 333 [1].

796.

Le châtelain de Tournai promet qu'à son retour de Pouille il ratifiera solennellement la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin par Ernoul del Wès, de tout ce qu'il possédait, en alleu comme en fief, à Evregnies et à Saint-Léger.

Septembre 1265.

Che fu fait l'an de grace M. CC. et LXV, el mois de septembre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 333 [2].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 137.
[2] Cette charte est publiée *ibidem*, t. II, p. 146.

797.

L'official de Tournai constate le don fait à l'abbaye de Saint-Martin, par Baudouin de Ries et sa femme, de soixante livres Tournois assignées sur toutes leurs propriétés de la rue Canteraine à Tournai.

Vendredi 16 octobre 1265.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter hoc presentia personaliter constituti Balduinus de Ries, molendinarius, et Liemondis, ejus uxor, contulerunt in puram elemosinam, ecclesie Sancti Martini Tornacensis, sexaginta libras Turonensium, de quibus fecerunt eidem ecclesie assignamentum ad omnes hereditates suas quas habent Tornaci, in vico qui vulgariter appellatur Canteraine, cum edificiis earundem, sicut site sunt in vico usque ad Scaldam, inter domum et hereditatem Michaelis Fassiel, ex una parte, et Jacobi Pourciel, ex altera. Et promiserunt dicti Balduinus et Liemondis, ejus uxor, fide et juramento corporaliter prestitis ab eisdem, quod contra dictam collationem, per se aut per alium non venient nec venire procurabunt in futurum ullo modo, nec se opponent quominus dicta ecclesia gaudeat assignamento memorato, quousque de dictis sexaginta lb. eidem ecclesie fuerit plenarie satisfactum. Juraverunt etiam dicti Balduinus et Liemondis, ejus uxor, quod dictam collationem aut assignamentum non faciebant in fraudem vel exheredationem alicujus, sed pro remedio animarum suarum et salute. Renuntiaverunt etiam dicti Balduinus et Liemondis, ejus uxor, expresse, quantum ad hoc, omni juri scripto et non scripto, legi et consuetudini, et omni auxilio et defensioni que ipsis seu eorum successoribus, quantum ad premissa, possent prodesse et dicte ecclesie obesse in futurum In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum sedis curie Tornacensis, ad instantiam ipsorum Balduini et ejus uxoris, duximus apponendum.

Datum et actum anno Domini M°. CC°. LX°. quinto, feria sexta ante festum beati Luce.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 19; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 57

798.

L'abbé et les moines de Saint-Martin promettent de loger dans l'enceinte de leur monastère Jean de Lens, chanoine de Leuze, qui leur avait donné deux cents livres Parisis, pour obtenir, avec le logement, une partie de sa nourriture, et du blé, des vesces, du foin, du bois, etc.

Avril 1266.

Universis presentes litteras inspecturis, Egidius, miseratione divina abbas Sancti Martini Tornacensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos domum nostram lapideam, sitam infra muros abbatie nostre, que quondam dicitur fuisse domicelle Mathildis de Stemburgh, cum medietate accincte alterius domus nostre ibidem site, in qua ponitur fenum nostrum, illa domo feni penitus excepta, et cum toto gardino elemosine contigue domui dicte Mathildis et accincte predicte, contulimus et concessimus Johanni de Lens, canonico Luthosensi, ab ipso canonico liberaliter et benigne, quoad vixerit idem canonicus, sive quamdiu vitam habuerit in corpore, tenendam et possidendam pacifice et quiete, sine aliqua reclamatione a nobis sive ex parte nostra, in futurum, quoad vixerit idem canonicus, facienda, ad habitandum et commorandum in ea, in persona ipsius Johannis propria cum sua familia et equis ejusdem canonici, quandocunque ipsi placuerit et sibi viderit expedire, societate mansionis hominis equalis ipsi canonico, vel hominis majoris ipsi canonico, cum eodem in dicta domo, ac conversatione, introitu seu societate vel familiaritate mulieris, ibidem sublatis eidem

canonico et penitus interdictis; adjecto insuper quod idem canonicus introitum et exitum suum, ejus familie et equorum suorum, habebit quoad vixerit, per portam domus elemosine, et aquam ipsi et domui ejus necessariam poterit facere capi ad puteum curtis dicte elemosine, secundum quod sibi viderit expedire. Concessimus etiam eidem canonico et ejus familie cum equis suis, quoad vixerit, introitum et exitum eundi et veniendi ad domum suam predictam per primam portam abbatie nostre, temporibus et horis debitis, sicuti familie nostre vel uni de nobis. Preterea tenemur eidem canonico annuatim, quoad vixerit idem canonicus, dare et deliberare infra dictam primam portam, ante domum ipsius Johannis, tres careatas feni sufficientis, ad currus domus nostre Sancti Martini, et quadringentos fascellos lignorum de nemoribus nostris, sine fraude, quales habebimus et hactenus habere consuevimus ad usus nostros in abbatia nostra, et ducentas garbas vechiarum, cum straminibus quadringentarum garbarum bladi annui redditus anno quolibet quoad vixerit, ad ipsius canonici voluntatem, cum sibi necesse fuerit et viderit expedire. Item tenemur eidem Johanni canonico, vel ejus certo nuntio, quoad vixerit idem canonicus, dare et deliberare qualibet ebdomada quatuor panes albos de conventu nostro, et de majoribus panibus, et quatuordecim alios panes nigros qui vocantur *choesnes,* sive panes carpentariorum, annui redditus, ad usus ipsius canonici et ejus familie, preter alios panes et redditum denariorum in quibus eidem tenemur, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur. Item tenemur eidem canonico vel ejus nuntio annuatim, quoad vixerit idem canonicus, ad opus ipsius et ejus familie, qualibet die cum fuerit in domo sua predicta, dare et deliberare ad coquinam nostram prebendam potagii de conventu, videlicet in pisis, fabis et oleribus, et hujus talem et tantam quantam habet unus de prebendariis nostris et habere consuevit.

Que omnia et singula annui redditus, idem canonicus de vera et pura sorte sua, titulo legittime emptionis, ad petitionem nostram, a nobis comparavit pro ducentis libris Parisiensium, de quibus nobis ab ipso canonico est plenarie satisfactum in pecunia numerata et legali; et de illis ducentis libris hereditatem ad opus ecclesie nostre acquisivimus, sine diminutione aliqua, ne ecclesia nostra in solutione predicti redditus gravaretur. Si autem redditum predictum vel partem ejusdem non redderemus dicto

canonico, prout superius est expressum, quicquid custaret ei quocunque modo per defectum solutionis, simplici suo juramento, custus cum redditu, solvere tenemur; nec aliqua occasione que posset evenire, remanere poterit quin conventiones predictas, sicut superius dictum est, legittime teneamus, et ad hec facienda sine fraude nos obligamus eidem canonico, bona fide; promittentes eidem quod nec per appellationem vel impetrationem litterarum, nec per exceptionem aliquam, per nos vel per alios queremus vel queri faciemus artem vel ingenium, causam vel materiam vel instrumentum, per que dictus Johannes canonicus, occasione conventionum predictarum molestetur. Si vero per nos vel alios aliquid quod premissis posset obviare esset impetratum, vel aliquando impetraretur, promittimus bona fide quod de illo impetrato seu impetrando, nullo modo utemur, et omni exceptioni perturbanti dictas solutiones, sicut dictum est, renunciamus, et etiam omni consuetudini et statuto cujuslibet ecclesie seu loci religiosi, que possent obici contra presens factum vel personam dicti canonici renunciamus, et per appensionem sigillorum nostrorum ad supradicta facienda nos obligamus bona fide. Et sciendum est quod redditum supradictum promisimus bona fide dicto Johanni canonico, sicut superius est expressum, legittima stipulatione interveniente, nos reddituros. Si vero cartam istam amitti, corrumpi vel pejorari aliquo casu vel infortunio contigerit, et dictus Johannes canonicus, per simplex sacramentum dixerit ita sibi contigisse, nos eidem equivalentem et adeo legittimam cartam, ejusdem sigillum sigillis nostris, infra quindenam restituere tenebimur; et ipse cartam illam quam pejoratam vel corruptam habuit, si eam habuerit, nobis bona fide reddere tenebimur, et litteris posterioribus eidem canonico deliberatis, priores littere sua virtute carebunt. Ut ergo omnia supradicta rata sint et firma, presentes litteras communi consensu sepedicto Johanni canonico sigillorum nostrorum munimine dedimus roboratas, supplicantes tenore presentium reverendo patri nostro Johanni, Dei gratia venerabili Tornacensi episcopo, ut in premissis suum prebeat assensum, et ea sui grata auctoritate pontificali confirmet, si dicto canonico placuerit et sibi viderit expedire.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. VI°, mense aprili.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 6°.

799.

Le châtelain de Tournai garantit aux moines de Saint-Martin la libre jouissance des biens achetés par eux d'Ernoul del Wès, à Evregnies et à Saint-Léger.

Juillet 1266.

Che fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Jhesu Crist mil CC. LXVI, el mois de fenerech.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 336 [1].

800.

Jean, dit seigneur d'Audenarde, et seigneur du Rosoit, approuve la vente d'une dîme à Beveren lez-Roulers, faite à l'abbaye de Saint-Martin par le chevalier Walterus de Scirvelde et sa femme, qui la tenaient de lui en fief.

Décembre 1266.

Ego Johannes dictus dominus de Audenarde et dominus de Roseto, notum facio universis presentes litteras visuris, quod Walterus de Scirevelde, miles, homo meus feodalis, et Margareta, ejus uxor, vendiderunt bene et legitime, de assensu meo et voluntate ecclesie Sancti Martini Tornacensis, totam decimam quam de me tenebant in feodum, jacentem in parrochia de Beverne, juxta Rollers, in personatu ecclesie Sancti Martini predicti, videlicet terciam partem magne decime cum prerogativa electionis ipsius, sine custu, et duas partes decime sue que dicitur de Braibant,

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 147.

ab ipso monasterio habendam, tenendam et imperpetuum pacifice possidendam, et hoc precio sexcentarum et quatuor librarum Parisiensium, decem et octo denariis minus, de quibus recognoverunt sibi a dicta ecclesia in numerata et legali pecunia esse plenarie satisfactum. Et ipsam decimam werpiverunt et reportaverunt in manus meas, ad opus dicte ecclesie, uxore dicti Walteri habente advocatum, secundum legem patrie ad hoc specialiter sibi datum, dictas venditionem, werpitionem et reportationem, una cum marito suo predicto, ut dictum est, faciente, easdem laudante, approbante, et expresse consentiente in eisdem, ac fidem et sacramentum prestante quod contra predicta vel aliquod predictorum, per se vel per alium, non veniet nec venire procurabit in futurum; maxime cum Walterus de Scirevelde predictus, et Margareta, ejus uxor, in presentia mea et hominum meorum, parium suorum, fide et juramento interpositis, recognoverunt quod propter urgentem et inevitabilem necessitatem vendiderunt predictam decimam, et nisi hoc fecissent, opportuisset eos contractum fecisse pejorem; eadem etiam uxore renuntiante expresse, juramento interposito, juri sj quod habebat vel habere poterat in dicta decima, ratione dotis, assignamenti, vel donationis propter nuptias, seu alia quacunque causa, recognoscens in presentia mea et hominum meorum, parium suorum, ad alia bona mariti sui predicti sufficiens assignamentum sibi propter hoc esse factum. Et recognoverunt homines predicti ita esse, in quorum omnium et singulorum predictorum hominum presentia facte fuerunt, bene et ad legem ac secundum patrie consuetudinem, venditio, werpitio et reportatio supradicte, in castello nostro apud Audenarde, ita quod homines mei predicti, ad hoc specialiter evocati, requisiti a me et submoniti quod dicerent utrum venditio, werpitio et reportatio supradicte bene et ad legem facte essent, et si dictus Walterus de Scirevelde et Margareta, ejus uxor, de dicta decima fecerant quod nec ipsi nec eorum heredes jus aliquod de cetero habebant vel habere poterant in eadem, vel reclamare poterant per se vel per alios in futurum, habitis inter se deliberatione et consilio, responderunt quod bene et ad legem facte erant venditio, werpitio et reportatio antedicte, dicentes per jus quod dicti Walterus et Margareta, ejus uxor, per advocatum ad hoc ad legem specialiter sibi datum, tantum de dicta decima fecerant quod in eadem nichil juris penitus habebant, nec in

ipsa umquam aliquo tempore ipsi seu eorum heredes aliquid poterant reclamare quoquo modo.

Post que omnia et singula bene et ad legem, ut dictum est, facta, ego Johannes, dictus dominus de Audenarde et dominus de Roseto predictus, ipsam totalem decimam in manus meas modo predicto werpitam ac etiam reportatam, reportavi in manus venerabilis patris Egidii, abbati Sancti Martini Tornacensis predicti, ad opus memorate Sancti Martini ecclesie, et eum nomine ecclesie in ipsius decime possessionem induxi. Et homines mei, a me requisiti et competenter submoniti utrum dicta ecclesia de predicta decima esset bene et ad legem adheredata, dixerunt et rite per eorum judicium decreverunt quod sic, et ego omne jus feodale vel aliud quodcunque quod habebam vel habere poteram in predicta decima, quitavi predicte ecclesie, et dicto juri in toto renuntiavi; volens et concedens expresse, quod ipsa ecclesia, dictam decimam et fructus ejusdem jure perpetuo teneat, habeat et possideat, tanquam suos in perpetuum, sine servicio feodali et alio onere quocunque, in ea seu alterius cujuscunque reclamatione non obstante, si forte ego vel alius in ea, quod absit! jus aliquod reclamaret. Ut autem omnia et singula, prout superius sunt expressa, rata et firma permaneant in futurum, ego Johannes dictus dominus de Audenarde et dominus de Roseto, promitto quod omnia et singula supradicta faciam inviolabiliter observari, et ad hoc me et meos tenore presentium obligo successores. In predictorum omnium robur et munimen, presentes litteras, ad instantiam dicti Walteri de Scirevelde, militis, et Margarete ejus uxoris predicte, Sancti Martini Tornacensis ecclesie tradidi, sigilli mei munimine roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mense decembri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 618.

801.

L'official de Tournai constate l'acquiescement de Marguerite, femme du chevalier Walterus de Scirvelde, à la vente de la dîme de Beveren, faite par son mari à l'abbaye de Saint-Martin.

Vendredi 31 décembre 1266.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod coram Nicholao dicto Chantin, clerico nostro fideli, curie Tornacensis notario, a nobis ad hoc specialiter destinato, personaliter constituta Margareta, uxor domini Walteri de Scyrevelda, militis, recognovit quod propter suam communem utilitatem, et urgentem necessitatem cui commodius subvenire non poterat, vendidit bene et legitime, tradidit, werpivit et quitavit in perpetuum, viris religiosis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, nulla prava vel illicita pactione interveniente, totam decimam suam quam ipsa et dictus Walterus, ejus maritus, in feodum tenebant de domino Johanne, dicto de Aldenarde, milite, jacentem in parrochia de Beverne juxta Rollers, in personatu seu patronatu ecclesie predicte, videlicet tertiam partem magne decime, cum prerogativa electionis ipsius, sine custu, et duas partes decime sue que dicitur de Brabant, ab ipso monasterio habendam, tenendam et in perpetuum pacifice possidendam, et hoc justo precio et legitimo mediante, videlicet pro sexcentis et quatuor libris Parisiensium, decem et octo denariis minus, de quibus dicti religiosi eisdem Margarete et ejus marito satisfecerunt ad plenum, in pecunia numerata et tradita, et quas converterunt in communes usus suos necessarios, prout dicta Margareta recognovit. Ipsa autem Margareta hec omnia laudavit, approbavit, quitavit et werpivit in perpetuum quicquid juris habebat vel habere poterat de cetero in predicta decima sive fructibus ejusdem, titulo dotalicii, donationis propter nuptias, seu alio quocumque modo, ad opus dictorum religiosorum; recognoscens se habere legitimam restaurationem sive recompensationem dotis,

seu donationis propter nuptias, vel assignamenti, que habebat vel habere poterat in premissis, quoquo modo; asserens se nec vi nec metu mariti sui vel alterius ad hoc inducta premissa fecisse, sed spontanea voluntate et necessitate urgente, et ad commodum et utilitatem sui ipsius, et nisi predictam venditionem ipsa Margareta ac ejus maritus fecissent, oportuisset eos contractum iniisse pejorem; promittens ipsa Margareta quod contra premissa vel aliquod premissorum non veniet, nec ipsos religiosos super premissis molestabit seu molestari procurabit in futurum; volens quod nos ipsam ad omnia premissa tenenda et observanda, si contra de cetero in aliquo veniret, per excommunicationis sententiam compellamus, ubicumque commorentur, nostre quoad hoc se supponens jurisdictioni. Et de premissis omnibus tenendis et observandis, et de non veniendo contra, fidem prestitit corporalem et juramentum ad sacrosancta, se et suos successores et heredes, quantum ad premissa obligando, et nostre jurisdictioni supponendo; renuncians expresse omni exceptioni juris et facti, canonici et civilis, scripti et non scripti, exceptioni non numerate pecunie non tradite non solute, omni deceptioni et cavillationi, et omne illud quod sibi contra presentes litteras competit ad presens aut competere posset in futurum. In cujus rei testimonium, presentibus litteris, ad petitionem et justitiam dicte Margarete, sigillum curie Tornacensis duximus appendendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, feria sexta post Nativitatem Domini.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original jadis scellé. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 622; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 574, copie de 1686.

802.

L'official de Tournai ratifie, au nom de l'évêque, la vente d'une dîme à Zulte, faite à l'abbaye de Saint-Martin par David dou Mortre et sa femme Béatrice.

Mercredi 23 février 1267.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in jure coram nobis propter hoc constituti personaliter David dictus dou Mortre et Beatrix, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt se vendidisse bene et legitime, et werpivisse abbati et conventui ecclesie Sancti Martini Tornacensis, omnem decimam quam habebant in parrochia de Zulta, in personatu dicte ecclesie, in quibuscunque consistat, sive in terris arabilibus, sive in aliis, et generaliter omne jus quod eis et eorum cuilibet competebat et competere posset ex quacumque causa in decimis provenientibus ac proventuris infra limites parrochie predicte; et predictam decimam omnem in manus nostras werpiverunt et resignaverunt cum omni jure predicto, ad opus abbatis et conventus predicti, confitentes se predictam venditionem fecisse pro justo et legitimo precio, videlicet pro triginta una lib. [Parisiensium], de quibus dicti David et Beatrix recognoverunt coram nobis, ex parte dictorum abbatis et conventus esse numerata legalique pecunia satisfactum; promittentes fide et juramento corporaliter ab ipsis prestitis, quod contra dictam venditionem ac werpitionem et resignationem, per se vel per alium non venient nec venire procurabunt in futurum, immo eosdem abbatem et conventum dicta decima et fructibus seu proventibus ejusdem pacifice gaudere promittentes. Insuper Aelidis, mater dicte Beatricis, omni juri quod habebat vel habere poterat in decima predicta, ratione dotis seu dotalicii vel donationis propter nuptias, seu ex quacumque alia causa, sub fide et juramento ab ea corporaliter prestitis, de consensu Egidii, mariti sui, presentis coram nobis, renuntiavit specialiter et expresse. Similiter predicta Beatrix sub prestitis ab eadem fide et juramento, juri sibi competenti in eadem decima renuntiavit. Ipsi etiam David et Beatrix renuntia-

verunt, quoad premissa omnia et singula, exceptioni doli mali, vis, metus in factum, deceptioni ultra dimidiam justi precii, privilegio crucis sumpte vel in posterum assumende, et omni alii privilegio, indulto seu indulgendo, et omni exceptioni, defensioni et auxilio tam juris quam facti, per que contra presentes litteras vel aliqua de contentis in eisdem venire possent aut ea aliquo modo impugnare; promittentes sub predictis fide et juramentis, supradicti Aelidis, David et Beatrix, quod contra premissa non venient, immo ea omnia et singula firmiter observabunt; et quantum ad hec se nostre jurisdictioni supposuerunt se, si contra venirent, ad desistendum et ad observationem predictorum a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli concedentes, ubiconque commorentur. Nos vero premissa rata habentes, ea laudamus et approbamus, et auctoritate domini Tornacensis concedimus quod dicti abbas et conventus predictam decimam, cum omni jure predicto, habeant, teneant et hereditarie possideant pacifice et quiete. In quorum testimonium et munimen, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis fecimus sigillari.

Datum anno Domini M°. CC°. LX^{mo}. sexto, in crastino festi beati Petri ad cathedram.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 570, copie de 1686.

803.

Le chevalier Walterus de Scirvelde s'engage à respecter la vente qu'il a faite à l'abbaye de Saint-Martin, de la part de dîme à Beveren qu'il tenait en fief de Jean, dit seigneur d'Audenarde, et reconnaît avoir reçu le prix stipulé pour cette vente.

Mars 1267.

Ego Walterus de Scirevelde, miles, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod ego, de assensu et voluntate viri nobilis J[ohan-

nis] dicti domini de Aldenarde, domini de Roseto, domini mei, vendidi bene et legitime monasterio Sancti Martini Tornacensis, totam decimam quam de ipso tenebam in feodum, sicut eam possederunt predecessores mei, jacentem in parrochia de Beverne juxta Rollers, in personatu dicti ipsius monasterii, videlicet tertiam partem magne decime cum prerogativa electionis sine custu ipsius, et duas partes decime mee que dicitur de Brabant, a dicto monasterio libere possidendam; et hoc precio sexagentarum et quatuor librarum Parisiensium decem et octo den. minus, quatuor decim lib. et dimidia dicte monete pro libra qualibet dicte decime, per fidedignos ad hoc electos appreciate, in legali et parata pecunia persolutis. Et dictam decimam werpivi bene et ad legem, coram domino meo predicto et hominibus ejus, paribus meis, ad opus dicti monasterii, prout in litteris ipsius J[ohannis], domini mei, super hoc confectis plenius continetur; promittens fide et sacramento a me corporaliter prestitis, quod de cetero contra dictam venditionem, per me vel per alium, non veniam, nec venire procurabo in futurum, nec queram artem vel ingenium, per me vel per alium, per que dictum monasterium ex quacumque causa in posterum molestetur, sed de dicta decima dictum monasterium, tamquam de suo proprio, gaudere permittam in perpetuum, pacifice et quiete, concedens et volens tenore presentium, quod ad omnia et singula observanda firmiter et inviolabiliter, prout superius et in litteris predicti domini J[ohannis], domini mei, sunt expressa, dominus terre justicia qua convenit me compellat. Confiteor etiam et recognosco mihi a dicto monasterio de precio venditionis dicte decime, videlicet de sexcentis et quatuor lib. Parisiensium predictis, decem et octo den. minus, esse plenarie satisfactum. In predictorum autem robur et munimen, presentem cartam predicto monasterio Sancti Martini Tornacensis tradidi, sigillo meo sigillatam.

Datum anno Domini M°. CC°. sexagesimo sexto, mense martio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 616.

804.

L'official de Tournai constate l'acquiescement de Sara, femme d'Ernoul del Wès, à la vente faite par son mari à l'abbaye de Saint-Martin de tout ce qu'il possédait, en fief ou en alleu, à Evregnies.

Mai 1267.

Datum anno Domini M°. CC°. sexagesimo septimo, mense maio.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 339 [1].

805.

Les chevaliers Roger de Mortagne et Gilles de Haudion, et Jean de Lens, chanoine de Leuze, se portent garants de l'accord intervenu entre Gilles Blondies de Buisenau et l'abbaye de Saint-Martin.

Mai 1267.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LX. set, el mois de mai.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 17; original scellé sur lacs de soie rouge de trois sceaux en cire brune [2].

[1] Un extrait de cette charte se trouve dans Poutrain, *Histoire de Tournai*, t. II, p. 652.

[2] L'état dans lequel se trouve aujourd'hui cet original ne permet pas de transcrire la charte.

806.

Le châtelain de Tournai approuve l'achat de quatre masures à Froyennes, fait par les moines de Saint-Martin; il échange avec eux une rente en avoine qu'il avait sur ces masures, contre une autre que les moines possédaient à Honnevain; et il leur reconnait le droit de défricher les buissons de Brunpire, Longuesauch et Wissempierre.

Juillet 1267.

Che fu fait et donnet en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Jhesu Crist M. CC. et LXVII, el mois de fenerec.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 30; original scellé sur lacs de soie verte, en cire brune [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 190 [2].

807.

L'abbé et les moines de Saint-Martin de Laon renoncent à toute une série de droits que leur contestait l'abbaye de Saint-Martin de Tournai, moyennant la promesse par cette abbaye de leur payer chaque année dix livres et demie Tournois.

Jeudi 7 juillet 1267.

Universis presentes litteras visuris, Johannes, Dei patientia abbas Sancti Martini Laudunensis, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum discordia verteretur inter nos, ex parte una, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Martini Torna-

[1] Il est maintenant impossible d'utiliser cet original.

[2] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 151.

censis, ex parte altera, super duodecima portione tam grosse quam minute decime parrochiatus de Fasti, de Proisi et de Wiege, et super viginti et septem jaletis frumenti ad mensuram Suessionensem ?) . . . , et super quibusdam juribus, videlicet custodia clavis grangie site in curte Sancti Martini Tornacensis apud Fasti, intassa . . . trituratorum, et etiam tractoris decime positione seu institutione. nos predicta omnia et singula quitavimus et quitamus predictis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, et remisimus eisdem, necnon et omnia alia que nostram ecclesiam, occasione premissorum, contingere poterant quoquomodo; predictis omnibus et singulis renuntiantes expresse, mediante summa decem librarum et dimidie Turonensium .... currentium no .... festo beati .... apud Clamliu a pred[ictis abbate et c]onventu Sancti Martini .... s]olvenda; et mediante predicta summa pecunie nobis annuatim soluta, eisdem abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis remittimus et quitamus omnes summas alias que nobis, a quocunque, hactenus persolvi consueverunt occasione premissorum. In cujus rei testimonium, presentes litteras patentes emisimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Actum anno Domini M°. CC°. LX°. VII°, feria quinta post octabas apostolorum Petri et Pauli.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 4.

808.

Frère Robert, provincial en France des Frères de la Pénitence du Christ, associe les moines de Saint-Martin à tous les pieux exercices de son ordre, et déclare que l'anniversaire de leur mort sera commémoré dans toute sa province comme celui de ses Frères eux-mêmes.

Tournai, août 1267.

Reverendis patribus ac dominis viris religiosis et honestis, domino Egidio, abbati Sancti Martini Tornacensis, ejusdemque loci conventui, frater Robertus, prior provincialis in regno Francie, licet indignus, ordinis

Fratrum de Penitentia Jhesu Christi, salutem et sinceram in Domino caritatem.

Exigente vestre devotionis affectu quem ad nostrum ordinem habetis, omnium orationum, missarum, vigiliarum, jejuniorum, laborum, predicationum, aliorumque bonorum que per Dei gratiam in nostra provincia fiunt et fient in posterum, vos facimus participes et consortes; hoc etiam addentes, de gratia speciali, ut post obitum vestrum, unius generalis anniversarii singulis annis perpetuo per totam provinciam nostram participationem plenariam habeatis. Et etiam tantum fiat pro vobis, cum obitus vestri in nostro provinciali capitulo fuerint nuntiati, quantum pro fratribus nostris defunctis communiter fieri consuevit.

Datum apud Tornacum, anno Domini M°. CC°. sexagesimo septimo, mense augusti.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit numéroté 35 parmi ceux qui proviennent de Cheltenham, p. 345.

809.

L'abbé et les moines de Saint-Martin donnent cinq bonniers de terre à Herzeaux en fief à Sigerus de Rues, qui en échange leur verse une somme d'argent qu'ils emploient à l'achat d'immeubles.

Samedi 20 août 1267.

Universis presentes litteras inspecturis, Egidius, permissione divina Sancti Martini Tornacensis abbas, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos Sigero de Rues quinque bonaria vel circiter terre arabilis, jacentis in parrochia de Herziaus, juxta terram ipsius Sigeri, dedimus et concessimus in feodum, ab ipso et heredibus suis perpetuo tenenda et possidenda, mediantibus x libris Parisiensium nobis pro relevio, a singulis heredum, prout in feodo ipso antecessoribus suis succedent in futurum, persolvendis. Promisimus autem bona fide dicto Sigero

et suis successoribus, feodum predictum a nobis tenendum garandizare, et prestare quecunque domini feodorum vassallis suis, de jure ac etiam patrie consuetudine prestare tenentur. Predictus autem Sigerus nobis certam pecunie summam contulit, equivalentem valorem terre predicte; quamquidem summam in emptionem rerum immobilium, nobis et ecclesie nostre utilium, impendimus, et jus ecclesie nostre per premissa auctum magis confitemur. Predicta enim bona immobilia, ex pecunia a dicto Sigero nobis data, in compensatione dicte terre comparata, nobis et ecclesie nostre profitemur esse fructuosa. Hanc autem concessionem, pro servicio a dicto Sigero nobis et ecclesie nostre impenso et in posterum impendendo, pro quo eidem majora competere credimus, communi assensu et de proborum consilio fecimus, et ei promittimus bona fide firmiter et inviolabiliter observare, et contra in aliquo non venire. Ut autem premissa majoris obtineant roboris firmitatem, reverendum patrem et dominum Tornacensem episcopum, et alios superiores nostros, requirimus et rogamus ut predictam concessionem nostram sua auctoritate, cum super hoc requisiti fuerint, confirmare dignentur. In quorum testimonium, presentes litteras dicto Sigero contulimus, sigillis nostris sigillatas.

Actum anno Domini M°. CC°. LXVII°, sabbato post Assumptionem beate Virginis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 128, fol. 5ᵉ.

810.

L'official de Laon déclare que Widela, veuve de Guillaume le Charcton, a reconnu devoir à l'abbaye de Saint-Martin chaque année deux sous et demie Parisis, pour un pré dont cette abbaye lui a concédé l'usage perpétuel à Dexcy, et qu'elle a consenti qu'après sa mort ce cens serait augmenté de huit deniers Parisis.

Septembre 1267.

Universis presentes litteras visuris, magister Hugo de Bisuntio, canonicus et officialis Laudunensis, salutem in Domino.

Noverint universi quod in nostra presentia constituta Widela, vidua, de Dexci, relicta Guillelmi dicti le Chareton defuncti, recognovit se accepisse, et adhuc tenere et habere a viris religiosis abbate et conventu ecclesie Sancti Martini Tornacensis, quoddam pratum quod, sicut dicitur, dicti abbas et conventus possidebant et habebant in territorio de Dexci, loco qui dicitur en l'Anglée, contiguum prato dicte vidue; que videlicet duo prata, sicut dicitur, consistunt inter pratum Berengeri dicti de le Val in uno latere, et terram Brieti dicti le Bourguignon in alio latere, et terram Haimmeti dicti Chouet in alio latere. Dicta etiam vidua pratum supradictum coram nobis recognovit se accepisse a dictis religiosis, tenendum et habendum ab eadem vidua in perpetuum, mediantibus duobus solidis et dimidio Parisiensium censualibus, reddendis singulis annis in perpetuum dictis religiosis apud Chautrus, in festo beati Remigii, in capite octobris, ab eadem vidua et ab heredibus et successoribus ejus, nomine annui et perpetui recti census. Voluit etiam et expresse concessit dicta vidua coram nobis, quod post ipsius vidue obitum, ultra dictos duos solidos et dimidium, et cum illis duobus solidis et dimidio, percipiant et habeant dicti religiosi singulis annis in perpetuum, in termino supradicto, octo denarios Parisiensium nomine annui et perpetui census, de quibus etiam duobus solidis et dimidio et octo denariis census supradictis, dicta vidua dictos religiosos assignavit in perpetuum ad dictum pratum quod ipsa, ut dictum est, recognovit se accepisse a dictis religiosis, et ad alium pratum jamdictum dicte vidue dicto prato contiguum. et ad utrumque eorumdem duorum pratorum in solidum. Et nichilominus etiam ipsa vidua, se et heredes ac successores suos jamdictos, fide sua coram nobis corporaliter prestita, erga dictos religiosos obligavit ad reddendum, ut dictum est, singulis annis, dictis religiosis census supradictos, et ad hoc quod assignamenta jamdicta eadem vidua, seu etiam ejus heredes et successores, nullatenus deteriorabunt, et ad hoc etiam quod contra jamdicta, seu etiam contra aliquid ex jamdictis, per se vel per alium de cetero nullatenus venire presument. In cujus rei testimonium presentes litteras patentes emisimus, sigillo curie Laudunensis, salvo jure domini Laudunensis episcopi et alieno, roboratas.

Datum anno Domini millesimo CC°. LX°. septimo, mense septembri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 76; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 104.

811.

L'official de Tournai constate que c'est au nom de l'abbaye de Saint-Martin que Gérard de Willemeau, sergent de cette abbaye, a acheté de Gossuin Pilet cinq bonniers de terre à Dottignies, et déclare que ledit Gérard a transféré à l'abbaye la propriété, dont il avait été investi, de cette terre.

Vendredi 8 février 1269.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in jure coram nobis propter subnotata personaliter constitutus Gerardus de Willemiel, serviens ecclesie Sancti Martini Tornacensis, recognovit se nomine, ad opus, et de mandato ipsius ecclesie, ac de pecunia ejusdem ecclesie, emisse legitime, pro centum librarum Turonensium, a Gossuino dicto Pilet, quinque bonaria vel circiter, ad virgaturam Flandrensem, terre arabilis jacentis in quinque peciis in parrochia de Dotegnies, versus domum Gerardi dicti Canesson, cujus terre bonarium et dimidium tenentur a domina comitissa Curtracensi, et septem quartaria a Johanne de le Waulle, residuum vero tenetur a Johanna, filia quondam Eustacii de Wanompreit, ut dicebat dictus Gerardus. Confessus est etiam idem Gerardus coram nobis, quod dicte terre possessionem, ex causa emptionis predicte, bene et legitime erat adeptus, et de terra predicta adheredatus ad legem; quam terram coram nobis domino Roberto, preposito dicte ecclesie, ad opus prefate ecclesie tradidit vel quasi, werpivit et effestucavit, et omne jus, si quod habebat vel habere poterat in eadem, cessit et contulit prefate ecclesie, et etiam renuntiavit in totum, ad opus ecclesie memorate, mediantibus quatuor lib. Turonensium, ipsi Gerardo, ut dicebat, singulis annis quoad vixerit, medietate in Nativitate beati Johannis Baptiste, et alia medietate in Natali Domini, a dicta ecclesia persolvendis. Promisitque idem Gerardus, fide et juramento a se corporaliter prestitis, quod contra premissa aut aliquod premissorum, nec per se nec per alium veniet nec venire procurabit; renuntians sub fide et juramento

predictis, in premissis omnibus et singulis, exceptioni doli mali, vis. metus in factum. pecunie non numerate non deliberate, privilegio crucis sumpte et in posterum assumende, omni statuto et consuetudini generali sive speciali, et omnibus auxiliis et defensionibus tam juris quam facti, per que contra premissa vel eorum aliquod venire posset aliquatenus in futurum. Et ad omnium et singulorum premissorum observationem stabilem atque firmam, obligavit dictus Gerardus se ac heredes et successores ejusdem; promittens sub fide et juramento jam ab ipso prestitis, se prefate ecclesie duplum predicti precii, videlicet ducentas lib. Turonensium, si contra premissa venerit, soluturum et reddditurum easdem. Et ad solvendum et reddendum easdem ducentas libras, si opus fuerit, concessit se a nobis per censuram ecclesiasticam posse compelli, suos heredes ad hoc idem, si contra premissa venirent, obligando. Insuper ad securitatem majorem idem Gerardus bona sua omnia presentia et futura sepedicte ecclesie, pro premissis observandis, coram nobis obligavit, et se et dicta bona, necnon et suos heredes, nostre jurisdictioni supposuit, ubicumque bona ipsius consistere, vel ipsum aut suos heredes commorari contigerit in futurum. Juravit etiam prenominatus Gerardus quod premissa non faciebat in fraudem vel exheredationem alicujus, sed quia ad hoc tenebatur, ut dicebat, et nichil penes se sine causa permanere vel retinere volebat de bonis ecclesie sepedicte. In cujus rei testimonium, sigillum sedis Tornacensis, ad instantiam predicti Gerardi, presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, mense februario, feria sexta post Purificationem beate Marie virginis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 25; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 705, copie de 1686.

812.

Élisabeth, fille aînée et héritière de la dame Aelidis de la Wœstine, ratifie, avec le consentement du chevalier Jean de Ghistelles, son mari, la vente de la dîme d'Aeltre, faite jadis par sa mère à l'abbaye de Saint-Martin.

Avril 1269.

Universis presentes litteras visuris, Elyzabeth, filia primogenita quondam nobilis mulieris Aelidis, domine de Wastina, et ejus heres, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego, perfecte et legitime etatis existens, venditionem et werpitionem quas nobilis mater mea predicta fecit ecclesie Sancti Martini Tornacensis de decima sua de Haltre, cum appendiciis ejusdem, quam tenebat de eadem ecclesia sub annuo censu decem marcharum, triginta et tribus sol. et quatuor den. Flandrensium pro marcha qualibet computandis, sicut in litteris ipsius matris mee super hoc confectis continetur, approbo et laudo, de consensu domini Johannis de Ghistella, militis, mariti mei, et eisdem venditioni et werpitioni consensum meum prebeo pariter et assensum; promittens juramento interposito, quod contra predictas venditionem et werpitionem, per me vel per alium non veniam nec venire procurabo, sed predicta omnia fideliter ac firmiter in perpetuum observabo. Confiteor etiam quod predicta, nec vi nec metu nec dolo ad hoc inducta, facio, sed ex mera et spontanea voluntate. Insuper illustrissime domine mee Margarete, Flandrie et Haynonie comitisse, ac reverendo patri . . . , Dei gratia Tornacensi episcopo, supplico quatinus predictas venditionem et werpitionem de decima predicta factas, predicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie, secundum tenorem litterarum predicte matris mee, confirment eidem ecclesie per suas litteras patentes, et me ac meos successores quos ad predicta firmiter observanda obligo, censura qua convenit, si contraveniremus in futurum per nos vel per alium seu alios, compellant ad desistendum, et ad premissa omnia prout superius sunt expressa inviolabiliter observandum; renuntians in premissis omnibus et singulis, pro me et successoribus meis, omni juris auxilio canonici et civilis, et omni excep-

tioni que michi et dictis successoribus meis posset prodesse in futurum. et predicte ecclesie obesse, quantum ad premissa omnia et singula vel aliquod de premissis. In predictorum omnium robur et munimen, ego et predictus dominus Johannes, maritus meus, per cujus consensum et assensum predicta feci, litteras presentes tradidimus sepedicte Sancti Martini Tornacensis ecclesie sigillis nostris sigillatas.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. nono, mense aprili.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 2; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 563.

813.

Compte des rentes viagères dues par l'abbaye de Saint-Martin, à Jacques le Prévost et à sa femme, à Pierre de Hellebieke, archidiacre de Tournai, à Arnoul de Gand, chanoine de Tournai, etc.

Août 1269.

Noverint universi quod anno Domini M°. CC°. LX°. IX°. mense augusto, Jacobus Prepositus et Maria, uxor ejus, cives Tornacenses, contulerunt ecclesie nostre trecentas libras Turonensium pro redditibus comparandis, pro quibus trecentis libris tenemur eisdem Jacobo et Marie in triginta libris Turonensinm quolibet anno. quamdiu vixerint; quas triginta libras dicti Jacobus et Maria percipiunt ad redditus nostros in Civitate Tornacensi, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur.

Eodem anno, magister Petrus de Hellebieke, canonicus et archidiaconus ecclesie Tornacensis, contulit centum et quinquaginta libras Turonensium pro redditibus similiter comparandis; pro quibus tenemur eidem archidiacono in quindecim libris Turonensium annue pensionis, quamdiu vixerit, solvendis eidem a nobis in Natali Domini.

Item dominus Joseph de Brugis contulit eodem modo triginta libras Turonensium, unde tenemur dicto Joseph quolibet anno, quoad vitam

suam, reddere, dominica qua cantatur Misericordia Domini, quinquaginta solidos Turonensium.

Item dominus Johannes de Molendino, canonicus ecclesie Insulensis, contulit duodecim libras et decem solidos Turonensium.

Relicta autem Gerardi le Trenchant xII lb. et x s. Turonensium.

Summa denariorum predictorum : v^{c} et v lib. Turonensium.

De denariis autem supradictis empta fuit decima Gerardi de Ardenburg apud Haltre; que decima estimata fuit ad valorem triginta librarum Turonensium annui redditus.

Item ab Egidio de Linsieles empta fuit quedam decima jacens in parrochia de Curne, que valet xII libras et decem solidos Turonensium annui redditus.

Item elemosinarius habet denarios pro quinquaginta solidis Turonensium annui redditus comparandis.

Summa pensionum que debentur Jacobo Preposito, ejus uxori, et archidiacono Tornacensi : xxxvI lib. Parisiensium.

Summa vero redditus comparati de denariis nobis ab eisdem collatis : xxxII lb. Parisiensium; et sic excedit summa pensionum redditum in quatuor libris Parisiensium; de quibus quatuor libris elemosinarius solvit XL s. Parisiensium personis predictis, et pitantiarius alios XL solidos. Personis autem defunctis, elemosinarius habebit medietatem redditus supradicti; videlicet : xvI libras Parisiensium, ad usus pauperum; pitantiarius autem xvI libras Parisiensium, pro anniversariis faciendis in die obitus dictarum personarum. Et sciendum est quod de triginta duabus libris Parisiensium supradictis, pertinent due partes, videlicet : xxI lb. vI sol. et octo denar., ad Jacobum Prepositum et ejus uxorem; tertia vero pars, videlicet : x lb. xII s. et IIII denar., ad archidiaconum Tornacensem. Mortuo autem domino Joseph, pitantiarius habebit XL^{a} solid. Parisiensium, pro anniversario dicti Joseph faciendo; et pro domino Johanne de Molendino, canonico Insulensi, et pro uxore Gerardi le Trencant, habet pitantiarius et percipit XL sol. Parisiensium, et debet unum anniversarium pro duobus supradictis.

Quomodo autem debeant solvi pensiones supradicte, et a quibus, inferius sequitur :

Rentarius solvet Jacobo et ejus uxori xxIIII lib. Parisiensium de reddi-

tibus quos habet cellarius in Civitate Tornacensi, pro decima de Haltre empta a Gerardo de Ardembourg, quam decimam cellarius recipit.

Elemosinarius autem solvet archidiacono Tornacensi x lb., pro decima de Curne empta ab Egidio de Linsieles; item XL solid. quos debuit implicari in redditu comparando. Item elemosinarius solvet XL[a] sol. qui excedunt redditum comparatum, ut superius dictum est.

Item magister Arnulphus de Gandavo, canonicus Tornacensis, contulit ecclesie nostre XL[a] lib. Turonensium, de quibus denariis empta fuerunt a Jacobo Witon et ejus uxore duo bonaria prati jacentia apud Ormont. Et tenemur in Natali Domini dicto magistro in c solid. Turonensium, quamdiu vixerit. Ipso autem defuncto, pitantiarius quinquaginta solid. Turonensium, pro anniversario dicti magistri faciendo, elemosinarius autem L[a] s. Turonensium, pauperibus distribuendis, tenebuntur.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit numéroté 35 parmi ceux qui proviennent de Cheltenham, p. 348.

814.

L'official de Tournai ratifie la vente d'une dîme à Aeltre, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Gérard d'Ardembourg et sa femme Élisabeth.

Août 1269.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod coram Johanne dicto Joveniel, clerico, curie Tornacensis notario, a nobis ad hoc specialiter destinato, personaliter constituti Gerardus de Ardenborch et Elisabeth, ejus uxor, recognoverunt ecclesiam Sancti Martini Tornacensis redemisse ab eisdem Gerardo et ejus uxore, et ipsam ecclesiam acquisivisse erga eos, bene et legitime, totam decimam suam quam habebant et tenebant in feodum ab ecclesia Sancti Martini predicti dicti Gerardus et ejus uxor, in parrochia de Haltra, perso-

natus Sancti Martini predicti, ab ipsa ecclesia in perpetuum pacifice possidendam, et hoc precio ducentarum et sexaginta libr. Flandrensium, de quibus recognoverunt coram dicto notario sibi ab ipsa ecclesia in sicca, legali et numerata pecunia esse plenarie satisfactum; asserentes dictam pecuniam in ipsorum utilitatem et commodum totaliter esse conversam; promittentes etiam coram dicto notario, fide et juramento ab ipsis Gerardo et Elisabeth corporaliter prestitis, quod contra hujusmodi redemptionem et acquisitionem, necnon et werpitionem de eadem, per legem et consuetudinem patrie prout decuit factam ab ipsis Gerardo et ejus uxore, per se vel per alium non venient, nec venire procurabunt in futurum, nec aliquod jus in dicta decima reclamabunt, nec facient per alium reclamari; omni juri quod habebant in eadem decima expresse renunciantes coram dicto notario, ad opus ecclesie Sancti Martini predicti. Eadem quoque Elizabeth, uxor dicti Gerardi, renuntiavit expresse coram dicto notario omni juri quod sibi competebat vel competere poterat seu habebat vel habere debebat in predicta decima, ratione dotis, seu dotalicii, donationis propter nuptias, usufructus, victus assignamenti, elemosine, seu alia ratione quacunque; promittentes sub fide et juramento ab ipsa jam corporaliter prestitis, quod ratione premissorum, vel alia quacunque, contra premissa vel aliquod de premissis non veniet, nec jus aliquod reclamabit in decima supradicta. Et juravit predicta Elisabeth quod premissa faciebat et consentiebat in eisdem non vi, non metu a dicto marito suo vel aliquo alio ad hoc inducta, sed spontanea voluntate, non coacta, propria utilitate pensata, et quod sibi in recompensationem ejus juris quod in dicta decima habebat, alibi et aliunde sufficienter sibi cautum erat et provisum. Concesserunt insuper prefati Gerardus et ejus uxor Elisabeth, si contra premissa vel aliquod premissorum eorumdem in posterum venirent, per se vel per alium, aut venire procurarent, quod absit! se a nobis ad desistendum et ad observandum premissorum per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc se et suos heredes ac successores nostre supposuerunt jurisdictioni, ubicunque commorentur in futurum; renunciantes in premissis exceptioni non numerate non habite pecunie, doli mali, cavillationi, deceptioni, lesioni, omni beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidium justi precii asserunt se esse deceptos, omni exceptioni facti et juris, necnon exceptioni quod aliud sit scriptum et aliud actum, privilegio et indulgentie

sibi a quocunque concessis aut in posterum concedendis, et generaliter omnibus que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in prefate ecclesie redundare prejudicium et gravamen, prout idem notarius, cui super hoc fidem adhibemus, retulit coram nobis. Premissa autem omnia et singula laudamus, approbamus et ratificamus ac si essent facta coram nobis. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentibus litteris sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. IX°, mense augusto.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 125, p. 1 ; *Ibidem*, Cartulaire 126, fol. 7ᵇ, *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 565.

815.

Frère Robert, provincial en France des Frères mineurs, promet aux moines de Saint-Martin de faire célébrer pour eux, dans les maisons de son ordre, les mêmes offices mortuaires que pour ses propres Frères.

Tournai, octobre 1269.

Viris religiosis et in Christo sibi dilectis, abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, frater Robertus, Fratrum Minorum amministrationis Francie minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam.

Devotionem qua vos ad ordinem nostrum habere, non solum Fratrum nostrorum relatione, sed et experientia cognovi, affectu sincere caritatis acceptans, ac vobis, quantum in me est, vicissitudinem cupiens repensare salutarem, vos ad universa et singula Fratrum nostrorum suffragia, tam in morte recipio quam in vita, plenam vobis participationem concedens omnium bonorum que per ipsos operari dignabitur clementia Salvatoris. Superaddo insuper, de gratia speciali, ut cum obitus cujuslibet vestri in nostro provinciali capitulo fuerit nuntiatus, pro vobis idem officium fiat quod pro nostris Fratribus fieri communiter consuevit.

Datum Tornaci, anno Domini M°. CC°. LX°. nono, mense octobri.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit numéroté 35 parmi ceux qui proviennent de Cheltenham, p. 346.

816.

Jean, dit seigneur d'Audenarde, seigneur du Rosoit, approuve et garantit, en tant qu'avoue et seigneur temporel supérieur de tous les biens que l'abbaye de Cornelismunster possède dans son domaine, l'accord passé en novembre 1261 entre cette abbaye et celle de Saint-Martin, à l'occasion des biens de Cornelismunster à Kain.

Février 1270.

Ego Johannes, dominus de Roseto, et dictus dominus de Aldenarde, miles, notum facio universis presentibus pariter et futuris, quod religiosi viri abbas et conventus monasterii Sancti Cornelii Indensis, abbasque et conventus Sancti Martini Tornacensis, contractum, conventiones et obligationes super bonis que dicti abbas et conventus Indensis habebant in villa de Kain et ejus appendiciis, inter se inierunt, prout in litteris dictorum abbatis et conventus Indensis super hoc confectis plenius continetur; quarum litterarum tenor sequitur in hec verba :

« Universis presentes litteras visuris, Willelmus », etc. (*Suit le texte de la charte de novembre 1261, publiée ci-dessus, n° 748.*)

Ego autem Johannes contractum, conventiones, donationes et obligationes predictas, et omnia in predictis litteris dictorum Indensium contenta, ad ipsorum instantiam laudo, approbo, rataque et firma haberi volo, et tamquam advocatus et dominus temporalis superior omnium bonorum que dicti Indenses habent in mea potestate et meo dominio, confirmo, et bona fide promitto quod si dicti Indenses, per se vel per alium vel alios, vel alii occasione ipsorum, contra premissa vel aliquid de premissis venerint seu venire voluerint, quod ego ipsos ad desistendum et ad observationem perpetuam omnium et singulorum premissorum, per saisitionem et captionem bonorum suorum quorumcunque in meo dominio et mea potestate seculari consistentium et alias, prout melius potero, compellam, bonaque

predicta adversus quoscumque garandizabo abbati et conventui Sancti Martini predicti, quantumcunque et quotienscunque opus fuerit, et super hoc ex parte ipsorum abbatis et conventus Sancti Martini fuero requisitus. Et ad hoc et omnia et singula supradicta, prout superius sunt expressa, inviolabiliter observanda, ego Johannes, dictus dominus de Audenarde, tenore presentium me obligo et meos successores. In quorum omnium memoriam et munimen, presentibus litteris, ad instantiam dictorum Indensium, sigillum meum duximus apponendum.

Datum et actum anno Domini M°. CC°. LX°. nono, mense februario.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé sur lacs de soie verte, en cire verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 1031; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1003.

817.

L'évêque de Cambrai vidime et confirme l'accord passé en novembre 1261 entre les abbayes de Cornelismunster et de Saint-Martin.

Mars 1270.

Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem.

Noveritis nos litteras virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Cornelii Indensis vidisse in hec verba :

« Universis presentes litteras visuris, Willelmus », etc. (*Suit le texte de la charte de novembre 1261, publiée ci-dessus n° 748.*)

Nos igitur donationem et concessionem, et dictas litteras et contenta in eisdem, sicut superius est expressum, ratas et gratas habemus, laudamus, approbamus et pontificali auctoritate confirmamus. In cujus rei testimo-

nium et firmitatem presentes litteras ecclesie Sancti Martini Tornacensis sigillo nostro tradidimus sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense martio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 25; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1010.

818.

L'official de Tournai constate la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin, par Jacques Witon et sa femme Marie, de deux bonniers et vingt-six verges de pré à Kain.

Lundi 17 mars 1270.

Universis presentes litteras visuris, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra propter subnotata presentia personaliter constituti Jacobus dictus Witons, et Maria, uxor ejus, recognoverunt se vendidisse bene et legitime ecclesie Beati Martini Tornacensis duo bonaria et viginti sex virgas prati, parum plus vel minus, jacentia in territorio de Kain, que tenebant in feodum, ut dicebant, de domino de Mauritania, castellano Tornacensi, pro quadraginta sex libris Turonensium, de quibus dicti Jacobus et Maria recognoverunt sibi, ex parte dicte ecclesie, in sicca, legali et currenti moneta esse plenarie satisfactum; promittentes dicti Jacobus et Maria, fide et juramento corporaliter ab ipsis in manu nostra prestitis, quod contra hujusmodi venditionem, per se vel per alium non venient, nec venire procurabunt in futurum, nec aliquod jus in dicto prato de cetero reclamabunt, nec facient per alium reclamari, omni juri quod habebant in dicto prato expresse renuntiantes ad opus ecclesie supradicte. Dicta vero Maria, uxor dicti Jacobi, renuntiavit expresse coram

nobis omni juri quod sibi competebat vel competere poterat, seu habebat vel habere debebat in dicto prato, ratione dotis sive dotalicii, donationis propter nuptias, usufructus, victus assignamenti, elemosine, seu alia quacunque ratione, promittens fide et juramento ab ipsa Maria corporaliter prestitis, quod ratione premissorum vel alia quacunque contra premissa non veniet, nec jus aliquod reclamabit in premissis. Et juravit dicta Maria quod premissa faciebat et consentiebat in eisdem non vi, non metu ad hoc inducta a marito suo vel aliquo alio, sed propria utilitate pensata, et spontanea voluntate, et non coacta. Concesserunt insuper predicti Jacobus et Maria, ejus uxor, si contra premissa vel aliquod premissorum eorumdem in posterum venirent per se vel per alium, aut venire procurarent, quod absit! se a nobis ad desistendum et ad observationem premissorum per censuram ecclesiasticam posse compelli, et quantum ad hoc se et suos heredes ac successores nostre supposuerunt juridictioni, ubicumque commorentur in futurum; renuntiantes in premissis exceptioni non numerate non habite pecunie, doli mali, cavillationi, deceptioni, lesioni, omni beneficio per quod subveniri solet eis qui ultra dimidium justi precii asserunt se esse deceptos, omni exceptioni facti et juris, necnon exceptioni quod aliud sit scriptum et aliud actum, privilegio et indulgentie sibi a quocumque concessis, aut in posterum concedendis, et generaliter omnibus que possent obici contra presens instrumentum aut factum, et in prefate ecclesie redundare prejudicium et gravamen. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentibus litteris sigillum sedis Tornacensis, ad instantiam dictorum Jacobi et Marie, ejus uxoris, duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, feria secunda post Oculi mei.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 21, copie du XIII[e] siècle, incomplète du commencement; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1043.

819.

Le châtelain de Tournai approuve la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin par Jacques Wilon, d'un pré tenant à l'Aulnoit d'Ormont. Il donne ensuite à l'abbaye ladite Aulnoit, acquise par le châtelain son père des moines de Cornelismunster.

Avril 1270.

Çou fu fait en l'an de l'incarnation Jhesu Crist M. CC. et LXX, el mois d'avril.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 150, p. 935, copie de 1691 [1].

820.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, charge le bailli de Warneton de transférer à l'abbaye de Saint-Martin, au nom de Robert de Flandre, son petit-fils, la dîme à Cuerne que Gilles de Linseles avait vendue à cette abbaye.

Mercredi 9 avril 1270.

Nos Margareta, Flandrie et Haynonie comitissa, notum facimus universis quod nos Johannem de Attrebato, ballivum de Warneston, nomine karissimi nepotis nostri Roberti de Flandria, ponimus loco nostri, ad exitum et guerpitionem cujusdam decime jacentis in parrochia de Cuerne, quam Egidius de Lenseles, una cum aliis bonis suis, tenet de predicto nepote

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 164.

nostro, et quam vendere intendit abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, recipiendam ad legem, et ad investitionem et introitum dictis abbati et conventui de predicta decima facienda ad legem. Nosque super hoc potestatem habentes ex parte dicti nepotis nostri, dictam decimam ad opus predicte ecclesie Sancti Martini quittamus, liberamus, et absolvimus ab omni onere et servitio feodali. Et predicti nepotis nostri nomine, ratum habebimus et firmum id quod predictum ballivum ad legem actum fuerit in premissis, salvo servicio dicti nepotis nostri, videlicet sexdecim lib. Flandrensium quas recipiatis ex precio venditionis decime supradicte, et de ipsis computetis, presentium testimonio litterarum.

Datum anno Domini M°. CC°. LX°. nono, die mercurii post Ramos palmarum.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 21; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 630.

821.

Le bailli de Warneton écrit à Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, que suivant ses instructions il a transféré à l'abbaye de Saint-Martin, au nom de Robert de Béthune, seigneur de Tenremonde, petit-fils de la comtesse, la dîme à Cuerne que Gilles de Linseles et sa femme avaient vendue à cette abbaye.

Vendredi 18 avril 1270.

Excellentissime domine sue Margarete, Flandrie et Hanonie comitisse, Johannes de Attrebato, ballivus de Warneston, salutem et paratam in omnibus ad beneplacita voluntatem.

Noveritis quod Egidius de Linsieles et Clementia, ejus uxor, coram me et hominibus karissimi nepotis vestri Roberti de Bethunia, domini de Tenremonde, ad hoc a nobis specialiter vocatis, juxta mandatum michi a

vobis per litteras vestras patentes ex parte dicti domini Roberti commissum, videlicet : Johanne dou Forest, Willelmo de Thidenghem, Jacobo de Castello, Fastredo de Orka, et Simone de Ardenpret, proposuerunt inopiam et necessitatem suam, et allegaverunt coram me et hominibus predictis, paribus ipsius Egidii, talem habere inopiam ac tantam, propter quam necesse habebant vendere totam decimam quam tenebant in feodum de domino de Tenremonde predicto, jacentem in parrochia de Curne, personatu Sancti Martini Tornacensis, et probata tali inopia ac necessitate, sufficienter et ad legem, coram me et hominibus paribus ipsius Egidii predictis, dictus Egidius et Clementia, ejus uxor, per advocatum acceptum et ad legem sibi datum, videlicet Johannem dictum Pestel, vendiderunt bene et ad legem dictam decimam ecclesie Sancti Martini Tornacensis, seu transtulérunt in eandem, ex hoc pro precio centum lib. Parisiensium, de quibus recognoverunt dicti Egidius et Clementia, uxor ejus, et advocatus, ab ipsa ecclesia sibi plenarie fuisse satisfactum Et fuerunt dictus Egidius et Clementia, ejus uxor, per advocatum ad legem sibi datum, bene et ad legem exheredati et ecclesia Sancti Martini Tornacensis bene et ad legem de dicta decima adheredata. Et promiserunt dicti Egidius et Clementia. et ejus advocatus, fide et sacramento corporaliter prestitis, quod contra predictam venditionem seu translationem de cetero per se vel per alium non venient, nec venire procurabunt in futurum, nec dictam ecclesiam super dicta decima ullatenus molestabunt. Recognovit autem dicta Clementia quod venditionem seu translationem dicte decime non vi nec metu ad hoc inducta, sed spontanea voluntate et evidenti necessitate ac inopia faciebat; renuncians expresse omni juri quod habebat vel ei competere poterat in futurum quoquomodo; promittens fide et sacramento corporaliter prestitis, consentiente advocato ad legem sibi dato, quod in dicta decima vel translatione ejusdem, per se vel per alium, nichil juris reclamabit ratione dotis, dotalicii, assignamenti et donationis propter nuptias, sed ipsam ecclesiam de dicta decima vel ejus translatione permittet gaudere pacifice et quiete. Et satisfecerunt mihi ballivo, vice et nomine domini mei predicti, de sexdecim libris Parisiensium, eidem domino debitis occasione venditionis et translationis decime supradicte. Et omnia ista supradicta coram me ballivo et hominibus predictis, paribus dicti Egidii, ad legem et per legem sunt facta, et super benignitas vestra, si placet dicto Egidio et ejus uxori, vestras

patentes litteras super dicto negocio confirmando valeat concedere atque dare.

Datum anno Domini M°. CC°. sexagesimo decimo, feria sexta in Pasca.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; en vidimus dans la charte suivante [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 22; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 631.

822.

Marguerite, comtesse de Flandre et de Hainaut, approuve le transfert à l'abbaye de Saint-Martin de la dime à Cuerne qui lui avait été vendue par Gilles de Linseles et sa femme, transfert effectué par le bailli de Warneton au nom de Robert de Béthune, petit-fils de la comtesse.

Samedi 19 avril 1270.

Nos Margareta, Flandrie et Hanonie comitissa, notum facimus universis, quod nos litteras Johannis de Attrebato, ballivi de Warneston, vidimus in hec verba :

« Excellentissime domine sue Margarete », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Nos vero Margareta predicta, Flandrie et Haynonie comitissa, que sumus loco dilecti nepotis nostri Roberti predicti, et ipsius vices gerimus, recognoscentes omnia premissa de mandato nostro esse facta, ea omnia prout superius sunt contenta approbamus, volumus et laudamus. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo decimo, sabbato in Pasca.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 22; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 631.

[1] Il est actuellement impossible d'employer utilement ce document.

823.

Le châtelain de Tournai cède à l'abbaye de Saint-Martin les hommages à lui dus par le maire de Kain, c'est-à-dire l'hommage de l'avouerie de Kain, et celui de dix bonniers de rejet, achetés de l'abbaye de Cornelismunster par le châtelain, son père.

Avril 1270.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Jhesu Crist M. CC. et LXX, el mois de avril.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 128, fol. 4ª; *Ibidem,* Cartulaire 130, p. 977, copie de 1691 [1].

824.

Le châtelain de Tournai mande à Colart de le Vigne, maire héréditaire de Kain, de faire hommage à l'abbaye de Saint-Martin pour tout ce qu'il tient de lui en fief à Kain.

25 avril 1270.

Ce fu donnet l'an de l'incarnation mil et CC. et LXX, le jour saint Marc euvangéliste.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1033 [2].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai,* par A. d'Herbomez, t. II, p. 166.

[2] Cette charte est publiée *ibidem,* t. II, p. 167.

825.

Roger de Mortagne, seigneur d'Espierre, prononce en qualité d'arbitre dans un différend mû entre l'abbaye de Saint-Martin et le seigneur de Cysoing, à l'occasion d'une tenure à Froyennes.

Tournai, dimanche 20 juillet 1270.

Jou Rogiers de Mortagne, sires d'Espire, fac asavoir à tous cheaus ki cest escrit veront et oront, ke com il fust débas entre monsegneur Hellin, segneur de Cysoing, d'une part, et le glise de Saint Martin de Tornai d'autre, de çou ke li sires de Cysoing disoit ke li glise avoit méfait envers lui, pour çou ke li glise avoit laissiet entrer un borgois en le tenure ke li glise tenoit à Froiene del segneur de Cysoing devantdit, et en demandoit li sire de Cysoing l'amende; encontre çou li glise disoit ke cil à qui li glise aquist celui iretage, ke il l'avoit ensi usé et maintenu, et li glise en autel point, juskes au jour d'ui, et pour çou li glise n'avoit nient fourfait, ne n'estoit tenue à nule amende, ensi com elle disoit; à le pardefin, les parties se misent sour mi com en arbitre de haut et de bas, et promisent fermement et loiaument à tenir çou ke j'en diroie et çou ke j'en ordeneroie. Et jou Rogiers devantdis, quant jou euc reciut le arbitre en mi, et jou euc le vérité enquise, jou dis men dit pardevant les parties et à leur requeste, en tel manière ke toutes les choses ki sunt faites juskes au jor d'ui de toutes les tenures ke li glise tient à Froiene del segneur de Cysoing, et quant ke fait en est, k'il demeure ferme et estavle et paisivle, et ke li glise n'en est à nule amende; et en avant li glise devantdite prendera ses rentes et ses cens as jours ke on li devra, et ses reliés et ses entrées et ses isciues; et pora li glise paner sour les hostes pour ses cens et pour ses rentes, s'on li défaut de paiement; et en aura les pans jusk'à v s. de Lonisiens paisivlement sans nul débat. Et se di en mon dit ke li sires de Cysoing n'a nient as cens ne as rentes ke Saint Martins a reciut jusques à jour d'ui. Et tous li remanans et toute li autre justice au rès de çou ke deseure est dit, voist là ù il doit aler par droit.

Ce fu dit et fait dedens le porte Saint Martin de Tornai, l'an de l'incarnation Nostre Segneur M. CC. et LX. dis, le jour sainte Margrite.

Là furent les parties présentes, et si furent cist : mesire Radous, sire de Niviele, mesire Ernous de le Hamede, li Jouenes de Gondreghien, mese Jehans de Monnes, mese Thumas de Mortaigne, mese Gilles de Lokeron, mese Jehans de Ham, li Faignois, mese Mahius de le Val, mese Gossuins d'Espiere, mese Willaumes d'Avlenghien, Willaumes Bane, Bohiers, Thumas li Clers, Felipres de Bourbourc et autres boine gent asés.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 24; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 209.

826.

Les échevins de Calonne déclarent que les héritiers de Michel Ferrant ont vendu à Simon le Rike, bourgeois de Tournai, trois quartiers de terre à Calonne.

Décembre 1270.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke tout li hoir Mikiel Ferrant de Kalonne, si come Jehans, Gilles, Roussiaus de Pierewés, Jehans Kokedés, Anniès et Jehane, ont vendut, werpit et clamet quitte à tous jours hiretavlement, à Symon le Rike, borgois de Tornai, III quartiers de tiere pau plus pau mains, ki gisent en le justice et en l'eskievinage de Kalonne, entre les rokes de Kaleniele et Kalonne, c'on dist à Aubiertespine. Ces III quartiers de tiere devantdis, tout li hoir devant nomet les ont enconvent à aquiter tous quites, parmi le tierage k'il doivent, jusques à l'assens des eskievins de Kalonne. S'en ont tout assenet à aus et au leur aquan qu'il ont et aquan qu'il aront partot, et cescuns por le tout, de l'aquiter. Et si se tienent tout li hoir devant nomet bien plainement apaiiet de Symon le Rike, en ses deniers contans, de tout le pris de ce vendage devantdit, et les en quitent de tout le paiement. A cest werp, et à toutes les convenences de cest escrit, furent come eskievin de Kalonne : Jehans Morkerdieu (?), Vinçans de Kalonne, Jehans Fueres, Willaumes Rena[r]s, Jehans li Rikes, Gossuins

Baries (?) et Wicars Darison (?) Et si fu Robiers de Roubais comme justice. Et par somonse de justice, disent li eskievin devant nomet par loi, ke tout li hoir Mikiel Ferrant avoient tant fait des III quartiers de tiere ke plus n'i avoient droit, ne hoir k'il aient ne aront, et ke bien en estoient deshiretet et à loi, et Simons li Rikes bien aïretés et à loi. Et si fiancièrent et jurèrent sor sains li hoir devant nomet, ke jamais ne querront ne ne feront querre, par aus ne par autrui, art ne engien, cause, matère, occoison ne cose nule, en nule manière, par coi Simons li Rikes viegne à destorbier ne à damage de nient de l'iretage devant dit, dont il est bien aïretés et à loi come se propre hiretage, por faire toute se volentet en quel manière k'il volra. Et por çou que ce soit ferme cose et estavle, si en est cyrografes fais en II parties, del quel Simons li Rikes warde l'une partie et li eskievin de Kalonne wardent l'autre partie.

Ce fu fait l'an de l'incarnation M. CC. et LXX, el mois de décembre.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 20; original en forme de charte-partie.

827.

Le châtelain de Noyon et de Thourotte vend à l'abbaye de Saint-Martin divers biens et rentes à Bertimont, Cambronne et Machemont, et fait accord avec cette abbaye au sujet de leurs droits respectifs à Saint-Amand lez-Thourotte.

Mars 1271.

Datum anno Domini M°. CC°. septuagesimo, mense marcio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé sur lacs de soie verte, en cire verte; *Ibidem*, dans un vidimus original de Philippe III, roi de France, daté de juin 1271. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 62 [1].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 237.

828.

L'official de Noyon constate l'abandon fait au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par Hessia Barée, veuve de Colard du Ru, de tous ses droits sur la vigne de Ribaumont, et sur une terre à Fossemoine.

Samedi 23 mai 1271.

Datum anno Domini M°. CC°. septuagesimo primo, mense maio, sabbato ante festum Penthecostes.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1].

829.

Philippe III, roi de France, vidime et confirme les ventes faites en mars 1271 à l'abbaye de Saint-Martin par le châtelain de Noyon et de Thourotte.

Paris, juin 1271.

Actum Parisius, anno Domini M°. CC°. septuagesimo primo, mense junio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé en cire verte, sur lacs de soie verte et rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 62 [2].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 243.
[2] Cette charte est publiée *ibidem*, p. 241.

830.

Les échevins d'Evregnies constatent que Gilles Roche a donné à l'abbaye de Saint-Martin la nue-propriété de trois bonniers de terre à Dottignies.

Evregnies, septembre 1271.

Ce sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke Gilles Roche, escuiers l'abbé de Saint Martin de Tournai, a donet pour Dieu et en aumousne III boniers de tiere, pau plus pau mains, que il tenoit de le glise Saint Martin en le porofe de Dotegnies, et les pièces toutes entirement tout ensi com eles gisent et estendent; c'est asavoir : une masure devant le Cambe; et à l'Ausnoit, entre le tiere segneur Renier et l'Ausnoit, gist li remanans des trois boniers devantdis. Et si est Gilles devant només désiretés bien et à loi, et li glise bien ahiretée et à loi, de le tiere devantdite, sauf çou que Gilles retient les pourfis de cele tiere, par l'otroi et le gré de le glise Saint Martin, et em puet faire Gilles devantdis des preus de le tiere devant nomée se volentet toute se vie. Et apriès le déciès Gillion, li tiere, tout ensi com ele est deseure nomée, revient à le glise yretavlement et paisivlement. Là furent com eskievin de Evregnies : Watiers Wisselins, Jehans des Prés, Jehans dou Moulin, Baudes de le Kavée, Jehans Pelfins, Gilles dou Mortier, et Jakemes Froidure. Tout cil i furent com eskievin, et li abbes de Saint Martin comme justice, en le maison de Evregnies.

L'an de l'incarnation M. CC. LXXI. el mois de septembre.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 41ª.

831.

L'official de Noyon constate la vente d'une vigne à Ribaumont, faite par Gautier Baret au prieur de Saint-Amand lez-Thourotte.

Samedi 16 avril 1272.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, sabbato ante Ramos palmarum.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1].

832.

Frère Jean, général des Frères-Prêcheurs, associe l'abbaye de Saint-Martin aux bénéfices spirituels de tous les offices pieux qui seront célébrés dans les maisons de son ordre, et promet à l'abbé Gilles qu'à sa mort le même service funèbre sera fait pour lui que pour les Frères-Prêcheurs.

Florence, 1272.

Religioso et devoto viro domino Egidio, abbati Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, frater Johannes, Fratrum ordinis Predicatorum servus inutilis, salutem cum regularis observantie continuo incremento.

Quia sancti desiderium propositi ex humane infirmitatis conditione a suo salutari sepius retardetur effectu, nisi divinis suffragiis obtentu supplicationum fidelium adjuvetur, vestra dilectione ac devotione quam habetis

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 242, avec la date fausse du 28 mars 1271.

ad nostrum ordinem debita recognitione pensantes, vobis omnium missarum, orationum, predicationum, jejuniorum, abstinentiarum, vigiliarum, laborum, ceterorumque bonorum que per fratres ordinis nostri Dominus per mundum fieri dederit universum, tam in vita quam in morte, participationem concedo tenore presentium specialem. Volo insuper ut post decessum vestrum, anima vestra fratrum tocius ordinis orationibus recommendetur in nostro generali capitulo, si vester ibidem fuerit obitus nuntiatus, et injungatur pro ipsa misse et orationes sicut pro fratribus nostris defunctis fieri consuevit. In cujus concessionis testimonium sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum Florentie, in nostro capitulo generali, anno Domini M°. CC°. LXXII°.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit numéroté 35 parmi ceux qui proviennent de Cheltenham, p. 346.

833.

L'official de Noyon constate la vente d'une vigne à Ribaumont, faite au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par Jean Chopin, dit Baret.

Samedi 7 mai 1272.

Datum anno Domini M°. CC°. LXX°. secundo, sabbato post Quasimodo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune [1].

[1] Cette charte est publiée dans GORDIÈRE, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 243.

834.

L'official de Tournai constate que le chantre de l'église de Tournai a donné à l'abbaye de Saint-Martin le bonnier de terre situé entre Froyennes et Orcq qu'il avait acquis après la mort de sa sœur, à condition que ladite abbaye célèbrera chaque année un service funèbre anniversaire du décès de sadite sœur et du sien.

Mercredi 13 décembre 1273.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod venerabilis vir Walterus, cantor ecclesie Beate Marie Tornacensis, compos sui, recognovit et confessus fuit coram nobis se pure et absolute contulisse, et contulit pro Deo et in elemosinam, ob remedium anime sue et suorum antecessorum, ecclesie Beati Martini Tornacensis, ad opus pitantie ejusdem, bonarium terre sue arabilis, jacentis inter Orquam et Froyaniam, ad ipsum cantorem ex formortura seu successione Marie dicte le Gardue, quondam sororis sue, nuper defuncte, jure hereditario devolute, ab eadem ecclesia ex nunc perpetuo tenendum et possidendum, sine aliqua contradictione seu reclamatione ab ipso cantore seu successoribus suis in posterum facienda, et hoc pro anniversario ipsius cantoris et dicte quondam sororis in eadem ecclesia celebrando; volens et concedens idem cantor, quod ipsa ecclesia ipsam terram teneat hereditarie et possideat, et de eadem suam faciat voluntatem. Quam quidem terram idem cantor reportavit in manus nostras, et omni juri quod habebat vel habere poterat in eadem terra, quacumque ratione, renuntiavit ad opus dicte ecclesie coram nobis; renuntians idem cantor omni exceptioni juris, facti, et etiam omni successioni quoad terram predictam, et aliis exceptionibus omnibus et singulis que possent ipsi ecclesie obesse, et ipsi cantori prodesse in premissis. In cujus rei testimonium, ad instantiam et petitio-

nem dicti cantoris, presentes litteras dicte ecclesie contulimus, sigillo sedis Tornacensis sigillatas.

Datum anno Domini M°. ducentesimo septuagesimo tercio, in die beate Lucie virginis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 53.

835.

Gilles Vake d'Oudenhove prend à bail de l'abbaye de Saint-Martin, pardevant les échevins de Grammont, toute la ferme de Lierde avec ses dépendances.

Lundi 12 mars 1274.

Sacent tout cil ki sont et ki avenir sont, ki cest escrit veront et oront, ke jou Gilles dis Vake de Oudenhoves, ai pris à loial acense à l'église de Saint Martin de Tournai le court de Liede à toutes les appendances, en tieres, en dismes, en rentes, et en toutes autres coses, sans le don de le parroche, à tenir de le fieste saint Grégoire ki ore est à IX ans entirement, cascun an pour C lb. de le monoie de Flandres dou paiement de Grantmont, à paiier le moitiet à le Candeler, et l'autre moitiet à le Nativitet saint Jehan Baptiste dedens le pourpris de l'abbeie Saint Martin de Tournai. Et se je ne paiasse ces paiiemens, tout ensi ke dit est, u aucun des paiiemens, je renderoie tous cous et tous damages que li glise en auroit, apriès le première voie de cascun paiement, au dit de l'abbet u dou provost. Et celle tiere poroie jou refroissier à pele dedens ces premiers VI ans, ne autrement nient; et les maisons de le court me doit on si livrer estaines, et je les doi ensi tenir de pel et de verge et de couvreture tous les IX ans, et rendre en autel point sans enviesir. Et tous les fourrages et tous les estrains doi jou enclore dedens le court et despendre sans vendre, sans ardoir et sans donner; et tous les fiens c'on en fera doi je mener sor les tieres et nient ailleurs; et tous les blés ki ore sont en tiere doi jou recevoir à cest aoust ki vient, et rendre en autel point à le fin de le cense, sauf çou ke quant j'aurai

les tieres ahanées IIII roiies là u li blet devront iestre, adont li glise i doit son semmeur envoiier et faire semmer, et je doi livrer semence boine et loial tele ki affera as tieres, et si me doit li glise prester avaine pour semer les mars ki ore sont, et je les doi rendre après cest aoust prochain des fruis ki seront sour les tieres. Et se mesires li abbes veut venir à ceste court une fié l'an, u li provost deus fiés u trois, livrer leur doi ostage, fuille, estrain et fourage à leur chevaus sans avaine. Et si doi livrer à leur vallet, toutes les fiés k'il venra vir le court et les iestres, tel bien que jou arai en l'ostel pour lui et pour son cheval. Et si doi à l'église XVI lb. de Parisis à paiier en le fin de le cense pour IIII jumens, et pour les kerues, pour les kars, les karettes, le harnas, les aues, et les poles de le court c'on m'a livret, par pris de preudomes. Et si me doit li glise livrer tous les estrains et les vecces ki sont en le court par conte, et rendre l'en doit autant et ausi vaillant à le fin de le cense. Et en tous les lius ki enclos sont de sois u de fossés, laissier i doit à le fin de le cense sois et fossés ausi vaillans que je les trueve. Ne les haies ne les arbres montans ne puis coper, ne saus à tiestes, s'elles ne sont si viés k'elles ne puissent pourfit faire; et se celes i sont, oster les puis, et mettre i doi noveles pour les viés. Et s'il avenoit que je en plantasse plus k'il n'en i ait, oster les puis à le fin de le cense, u li glise les puet acater cascune pièce I denier. Et si me doit li glise faire avoir les rentes u rabatre de le cense se je nes puis avoir, sauf çou que je ne laisse l'un anée sour l'autre. Et si me doit li glise warandir tous les biens apartenans à le court, ensi com on warandist loial acense. Et toutes les tieres doi jou rendre à le fin de l'acense, en tel point que je les trueve, et de mars et de gheskière.

En toutes ces convenences, si com elles sont devisées et escrites, ai jou fianciet et juret à tenir et à warandir à l'église devantditte bien et loiaument, et si en ai mis plèges : Pieron dou Mont, Gillion de Nuefport, Colin dou Mont, Jehan le Vake, Watier dou Plasc, Jehan de Hasevelt, Jehan dou Trichs le conte, Sohier Gheulin de Mighellebeke, Ghisellin del Stichgle, Gillion et Jehan ses frères, Iernoul dou Mont, Watier de Nuweport et Gillion dou Riu de Oudenhoven. Et s'il avenoit chose que jou moriusse u que je ne peuisse poursuir le cense, u mes hoirs, ensi com deviset est, li plège devantdit doivent et puent mettre main à le court et à le cense, et paiier les convenences dusques à la fin. Et s'il avenoit que li glise par négligense u par oubliance laissat le cense par II années à demander u à

requerre, li plége devantdit ne seroient nient tenut de l'année première. Et se je défaloie des convenences devantdittes u d'aucune à tenir et à warder, li glise u ses messages poroit donner x lb. de Parisis à quel segneur u à quel justice k'il vorroit, pour ces convenences faire atenir et warder, et ces x lb. seroie jou tenus dou rendre à l'église sans les convenences devant dites amenrir.

Ces convenences furent faites par devant Claiis Gailing, Jehan de Wilebieke, Gillion de Waringhem, Jehan de Herflinghem, Jehan Gaffelkin, Gillion Ydir et Girart Scoudeherench, eskievin de Gramont, l'an de l'incarnation Jhésu Crist M. CC. LXXIII, le jour saint Grégoire, en le maison Gillion de Waringhem.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 46ᵉ.

836.

Les échevins de Wez déclarent que Jean le Brun d'Ouvignies, et son frère Pierre, ont donné tout ce qu'ils possèdent à Wez à Jean de Baalli, en gage du payement des trente livres Parisis de loyer qu'ils doivent à l'abbaye de Saint-Martin pour la terre d'Ouvignies.

Avril 1274.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront. ke Jehans li Bruns d'Ovegnies, et Pieres, ses frères, ont fait assenement à Jehan de Baalli, el non de le glise Saint Martin de Tournai, sour quan qu'il ont entirement en le justice et en l'eskievinage de Wès, pour rendre et paier cascun an dusques à ix ans xxx lb. de Parisis de cense à l'église de Saint Martin devantdite, pour le cense qu'il ont prise de le glise de Saint Martin ki gist à Ovegnies, et pour aemplir entirement toutes les convenences de le cense. Et doivent paiier le cense cascun an à ii paiemens ; c'est asavoir : dedens les octaves dou Noel ki vient prochainement, xv lb. de Parisis, et dedens les octaves

del jour saint Jehan Baptiste, l'an M. CC. LXXV, xv lb. de Parisis; et ensi d'an en an continuelment doivent il paier xxx lb. de Parisis l'an, tant k'il aront ix censes paiiés de xxx lib. de Parisis l'an. Et s'il avenoit qu'il défausissent des paiemens de le cense, u d'aucun des paiemens, u d'aucunes des autres convenences de le cense, Jehans de Baalli puet vendre de quan qu'il aroient en le justice de Wès, par le conseil des eskievins, jusques à le défaute dou paiement. A ceste connissance et à ces devises furent com eskievin de Wès : Henris de le Val, Jehans li Forestiers, Watiers de le Court, Jehans Walons, Evrars li Gros, Mikieus Radouls, et Jehans de Landast. Et pour çou que ce soit ferme cose et estavle, si en est cis escris fais en trois parties, delquel Jehans li Bruns et Pieres, ses frères, wardent le première partie, li moiienne partie est mise en le main et en le warde des eskievins de Wès pour souvenance des coses devantdittés, et l'autre partie warde li glise Saint Martin devantdit.

Ce fu fait l'an de l'incarnation M. CC. et LXXIIII, el mois d'avril.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 44ª.

837.

L'abbaye de Saint-Martin donne à bail pour neuf ans à Jacques de Fuelgies la ferme de Carnois, à Moustier.

Jeudi 19 juillet 1274.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke li église et li couvens de Saint Martin de Tournai ont donet à acense, parmi le tiermine de ix ans continuelment, à Jakemon de Fuelgies, le court dou Kaisnoit et toutes les terres ahannavles, les prés et les pastures, ki i sont asummet et nommet en somme à VIII^{xx} boniers et vi, pau plus pau mains, parmi XI^{xx} lib. de Torn. par an, par ensi ke cil Jakemes ki només est doit rendre ces XI^{xx} lib. Torn. cascun an à trois paiemens; c'est asavoir le premier paiiement, c'est le tierce part de ces XI^{xx} lib., au Noel ki sera en l'an de l'incarnation M. CC.

et LXXV, et l'autre tierce part des xi^{xx} lib. à le Paske après sivant, et le tierce part des xi^{xx} lib. à le saint Jehan Baptiste après sivant continuelment. Et ensi doit il paiier les paiemens cascun an continuelment près à près, par le tiermine de ix ans, tant que li ix an soient tout acomplit.

Si doit Jakemes ki només est les terres devant nomées ahanner et cultiver et loiaument et à droite roiie, et sans refroissier, ensi com loial cense. Si doit li église et li couvens de Saint Martin livrer à Jakemon ki només est les maisons de le court dou Kaisnoit toutes estaines, et Jakemes les doit soustenir de pel, de verghes, de lattes et de couvreture, sans enviesir. Et si ne doit Jakemes l'estrain de le court ne vendre ne ardoir, mais il en doit faire de tout fiens, et metre le doit et mener sour les tieres de le court dou Kainoit devant nomée, et nient aillors. Si doit cil Jakemes tenir les terres encloses par tout en autre tel point com on les li livra à l'entrer, et ensi les doit il livrer encloses à l'issir de sen acense des ix ans. Si a li église et li couvent de Saint Martin laissiet avoir à Jakemon les blés et les mars de le court dou Kaisnoit ki sont en tiere, par tel manière k'il doit rendre de cascun bonier ù li blet sont vii mui Tournisien dou meilleur après sa semence, et demi mui d'avaine Tournisien de cascun bonier dou march, de quoi il sont acordet et en ont fait somme de lv muis de blet Torn. et xxvii muis d'avaine Tournisiens Et ces blés tous et les avaines toutes doit li devantdis Jakemes mener et livrer à Dameriies, sans coustenge de l'église. Si doit Jakemes ki només est, à l'issir de l'acense de ix ans ahanner et livrer les tieres de le court de Kaisnoit ahannées bien et loiaument en quarte roiie, et si le doit atourner toute de hierche et d'arière, ensi com on ahanne et atourne les terres loiaument. Et li église devantditte doit livrer le semence et le semeur de cele tiere à son coust Si est asavoir ke Jakemes devant només doit à l'église devantdite, pour les biens ke li église li a livret, ensi com chevaus, vakes et autres biens c'on li a livret, ki estoient en le court de Kaisnoit ainçois k'il i entrast, iiii^{xx} lib. Torn. et lxii s. Torn. Et ces deniers ki sont nomet doit Jakemes rendre dedens le tiermine de ix ans. cascun an le nuefvisme part des iiii^{xx} lib. et lxii s. Torn Et toutes ces coses et les devises ki sont nomées et devisées deseure en cest escrit, a Jakemes ki est només devant et sa femme enconvent à tenir et à acomplir bien et loiaument, par leur foit fiancié. Et s'il avenoit cose ke Jakemes ki est només ne paiast ces coses devant dittes à l'église, et li église i eust coust, frais ne

damage, rendre li doit Jakemes coust, frais et damages par leur simple dit, sans mort d'omme et de cheval. Et toutes ces choses ki sont nommées en cest escrit, doit li église et li couvent de Saint Martin de Tournai conduire et warandir à Jakemon ki est només, loiaument com loial acense, et ensi l'a Jakemes entreprise.

De ces choses et de ces convenences sont plège, com plège ki convent tienent : Gilles de Melle, Gérars de Loubrai, Mahius li Carpentiers, Jehans dou Kaisne, Jehans li Fèvres, Jehans de Becke, Gille Frauwart, Richiers des Duisettes, Estevenars Barons, et Terris li Fèvres com dettes; et cist sont tout compaignon com à loy; et Jakemes et sa femme les ont enconvent à aquiter tout quittes. Et se il avenist chose que li paiemens de l'une année adtensist l'autre, li plège ki nomet sont ne seroient mie tenut de paiier le paiement de l'année ki seroit passée. Si est asavoir ke Jakemes ki est nommés, et sa femme, se sont obligiet et se obéissent à chou ke se il avenist cose que il ne fesist ces choses et convenences com dit est, et des paiemens et de tout enviers le glise et le couvent de Saint Martin, li église et li couvens poroit traire à tout chou et à quan qu'il poroient trouver sour le leur, et prendre et tenir com le leur pour lor paiement avoir entirement. Ces convenences furent faites devant l'aiwe d'Ath, II eskievins : Watier le Tordeur et Gérart le Fèvre, et cil doi l'ont recordet devant leur compaignons : Watier Nosart, Gillion d'Escaus, Gossuin le Conte, Nicholon de Huersville et Jean de le Court; et cil l'ont mis en retenance. Et si i furent com eskievin de Moustiers : Gilles de Melle, Mahius li Carpentiers, Gervaises de le Val, Sohiers Rousseaus, Gosseaus Hurdins et Jehans dou Kaisne.

Ce fu fait le juesdi devant le jor de le Magdalaine, en l'an de l'incarnation M. CC. et LXXIIII.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 53v.

838.

Le chevalier Gérard de Rode, Elisabeth sa femme, dame de Heule et de Hestrud, et Guillaume, damoiseau de Heule, transfèrent et garantissent à l'abbaye de Saint-Martin, en leur qualité de seigneurs supérieurs, la dîme à Iseghem qui lui avait été vendue par Theobaldus de Mouscre et sa femme Chrétienne.

Courtrai, mardi 7 août 1274.

Nos Gerardus de Rode, miles, Elyzabet, domina de Heule et de Hestruid, et Willelmus, domicellus de Heule, notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod cum Theobaldus de Mouscra, armiger, quandam decimam quam habebat in parrochia de Ysenghem, sub dominio Sigeri de Mouscra, quam etiam decimam tenebat in feodum ab eodem Sigero, vendere proponeret, idem Theobaldus, et Christiana, uxor ejus, in presentia parium suorum, hominum dicti Sigeri, dictam decimam in manus ipsius Sigeri bene et ad legem, secundum usum et consuetudinem patrie, reportarunt et werpiverunt, ad investiendum et hereditandum illum vel illos cui dicta decima venderetur. Dictus vero Theobaldus, et Christiana, uxor ejus, postmodum, predictam decimam scabinis Curtracensibus, ad opus cujusdam capellanie, vendiderunt certo precio mediante, videlicet pro centum et decem libris usualis monete. Proclamatione igitur facta super venditione decime predicte, prout in partibus ipsis super venditionibus hujusmodi fieri consuevit, ecclesia Sancti Martini Tornacensis, in cujus personatu dicta decima consistit, tanquam mater et persona ipsius decime, in presentia nostra et hominum feodalium, qui de dicta decima habent et debent judicare, legitime reclamavit, et judicio dictorum hominum feodalium, super hoc monitorum secundum legem et consuetudinem loci, interveniente, quia consensus noster emptorum et venditorum in hiis accessit, ipsa ecclesia Sancti Martini Tornacensis dictam decimam acquisivit. Et dictus Sigerus in cujus manus dicta decima consistebat, ut dictum est, necnon et Margareta, uxor ejus, et etiam Sigerus de Marka et Verghina,

ejus uxor, qui ratione dicte decime dicti Theobaldi erat idem Sigerus de Marka homo feodalis, in presentia nostra et hominum nostrorum feodalium, ad opus dicte ecclesie dictam decimam werpiverunt et effestucaverunt. et in manus nostras bene et ad legem reportarunt; et renuntiaverunt omni juri quod sibi competebat aut competere poterat in ipsa decima. ratione quacumque.

Et nos tamquam domini superiores ipsius decime, fratrem Johannem, conversum monasterii Sancti Martini Tornacensis, nomine ecclesie predicte et ad opus ejusdem, judicio hominum nostrorum feodalium interveniente, prout decet, bene et ad legem de ipsa decima investivimus, perpetuo possidendam ab ipsa ecclesia, et eandem decimam liberavimus. quitavimus et eximimus ab omni servicio feodali et exactione quacunque, adhibitis sollempnitatibus que in premissis omnibus solent et debent adhiberi. Ne autem ipsa ecclesia super dicta decima in posterum molestetur, promittimus bona fide quilibet in solidum, quod ipsam decimam dicte ecclesie, contra omnes, usque ad legem, tamquam boni domini, garandisabimus competenter. Premissis autem omnibus interfuerunt Theobaldus, Sigerus de Mouscra, Sigerus de Marka, et eorum uxores prenominate, qui omnes premissa omnia, prout sunt superius scripta et narrata, laudaverunt et approbaverunt, et promiserunt inviolabiliter observare; recognoscentes sibi ex parte dicte ecclesie de dicta pecunie quantitate, in sicca et bene numerata pecunia et legali, esse plenarie satisfactum, et ipsam pecuniam versam esse in eorum utilitatem et necessitatem evidentem. Promiserunt insuper coram nobis et hominibus nostris predictis, quod de cetero, per se vel per alios, artem vel ingenium, causam vel materiam non querent. per que dicta ecclesia super ipsa decima quoquo modo molestetur. Promiserunt etiam Christiana et Verghina predicte, fide et juramento interpositis ab eisdem coram nobis et hominibus nostris antedictis. quod ratione dotis, dotalicii, donationis propter nuptias, ususfructus vel assignamenti, in ipsa decima nichil juris reclamabunt per se, vel per alios reclamari procurabunt in futurum. Interfuerunt etiam premissis : Alardus de Mota, Sigerus de Mouscra, magister Balduinus de Mithaghe, canonicus Curtracensis, Willelmus Vouskins, Johannes, filius Willelmi de Heula, et Johannes Toulenare, tanquam homines nostri feodales, qui a nobis submoniti, premissa omnia judicaverunt bene et rite facta esse secundum quod hactenus super talibus

contractibus fieri consuevit. Ut autem omnia premissa, prout sunt scripta et narrata et bene et ad legem facta, robur obtineant firmitatis, et rata atque inconcussa permaneant in futurum, nos Gerardus de Rodes, miles, Elyzabet, domina de Heule et de Hestruid, et Willelmus, domicellus de Heule, predicti, presentes litteras sepedicte ecclesie Sancti Martini Tornacensis tradidimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Datum et actum Curtraci, in domo Walteri de Atrio, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mense augusto, feria tercia post festum beati Petri ad vincula.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 10; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 27; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 634; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 575, copie de 1686.

839.

L'abbaye de Saint-Martin donne à bail pour sept ans à Mahiu et Ernoul le Carpentier, de Moustier, et à Watier du Pont, de Molembaix, les cinquante-trois bonniers qui composent son bois de Dameries.

Dimanche 2 décembre 1274.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke li abbes et li couvens de l'église de Saint Martin de Tournai ont vendut le despoulle de leur bos de Dameriies à Mahiu le Carpentier, de Moustiers, à Ernoul le Carpentier, de Moustiers, et à Watier dou Pont, de Molembais; par ensi k'il doivent taillier cel bos à vii tailles, et autretant à l'une taille cum à l'autre; et si doivent de cascun bonnier paiier x lb. de Torn. Si a en cel bos en somme liii boniers, pau plus pau mains, à boine foit, chou c'on en trouvera par le verge de Leuse. Et est asavoir ke dedens ces liii boniers de bos ki nomet sont, a deus haiies ki tienent à le court de Dameries derrière le maison; si nomme on l'une le haye de Pellemont, et l'autre le haye derrière le maison de Dameries; et ces ii hayes doivent li markant taillier à sietisme an. Et par tel

devise ke li markant devantdit doivent paiier les deniers de le première taille de cascun bonier x lb. de Torn., à deus paiiemens; c'est asavoir le premier paiement au Noel ki eskerra en l'an M. CC. LXXV, le moitiet de celle taille première, et l'autre paiement de celi année à le Paske première apriès sivant, ki eskerra en l'an M. CC. et LXXVI; et ensi doivent li marchant ki sont nomet devant paiier les paiemens cascun an as termines devant nomées, tant que li VII an soient acomplit continuelment prés a prés. Et si doit li église et li couvent devantdit as markans faire le bos plain, et li markant n'ont nient as estallons dou bos ki i sont. Et se li église devantdite euist coust, frais ne damage, pour cachier ens les deniers dou bos, rendre le doivent li markant par le simple dit de l'abbet et dou provost de l'église de Saint Martin, sans autre prouvance faire.

De ces convenences sont dette principal Mahius de Moustiers, Ernouls li Carpentiers, de Moustiers, et Watier dou Pont, de Molembais. Si en sont dette pour eaus Jehans de le Venkière, Nicholes ses frères, Leurens dou Pont; et cist autre sont plège pour les markans : Gilles de le Haye, Jehans li Cambiers, Jehans dou Pont, Jehans de le Venkière, Jehans de le Wiele, Thumas de le Vinkière, Jakemes li Sennes, Terris de le Venkière, Ernouls dou Maisnil, Jehans dou Pontel, Gilles de Melle, Richiers de Duissiertes, et Jehans dou Carmoit; et cil sont tout compaignon com à loy, et li marchant les ont enconvent à aquiter tout quites. Ces convenences furent faites devant l'aiwe d'Ath, II eskievins : Gossuin le Conte et Watier le Tordeur, et si i furent com eskievins de Moustiers : Gilles de Melle. Colars li Carpentiers et Mahius li Carpentiers.

Ce fu fait le diemence apriès le jour saint Andriu l'apostle; et li doi eskievin d'Ath, Gossuins et Watiers, l'ont recordet devant leur compaignons : Girart le Fèvre, Philippon le Molet, Jehan de Goliausart, Thumas de le Pasture et Jehan Synant; et cil l'ont mis en retenance. Chil recors fu fais en l'an de l'incarnation M. CC. et LXXIIII, le juesdi apriès le Candeler, devant le maison Huon le Barbieur.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 49v.

840.

L'abbaye de Saint-Martin promet à Gilles le Loutre, en compensation du don de quarante livres Tournois qu'il lui a fait, de commémorer chaque année l'anniversaire du décès de ses père et mère, de ses oncle et tante, de son frère et de lui-même, quand ils seront décédés.

1275.

Noverint universi presentes et futuri, quod Egidius dictus li Loutres, hortatu precipue et consilio fratris sui, domni Johannis dicti le Loutre, monachi nostri, contulit presenti ecclesie, videlicet Sancti Martini Tornacensis, xl lb. Turonensium in bene numerata pecunia et legali; ordinans et disponens, de voluntate et consilio predicti fratris sui, prout inferius est expressum, videlicet ut omnes monachi et conversi, sive in presenti cenobio, sive in domibus nostris forensibus vel alibi commorantes, unum par pedulum ultra id quod usque ad tempus istud de prebenda sua habere solebant, percipiant annuatim. Ordinavit etiam predictus Egidius, fratris sui predicti consilio, quod fabe nove in estate que tunc temporis cum aqua fieri solebant, cum lacte fiant perpetuo in futurum. De predictis autem rebus providere debent camerarius et cellarius, ita quod camerarius provideat de pedulibus, cellarius autem de lacte fabarum, cum in usum et utilitatem predictorum officiorum supradicte xl libre totaliter sint converse. Habentes autem intuitum precipue ad bonam voluntatem quam erga nos gerebant dicti fratres, secundum quod in premissis apparet in effectu, ex mera liberalitate nostra statuimus, ordinamus, et ad hoc nos et successores nostros obligamus, quolibet anno fieri anniversarium pro personis inferius annotatis; videlicet : pro patre et matre, avunculo et matertera predictorum fratrum, et etiam pro predictis fratribus cum ab hac luce migraverint. Ut autem predicta omnia rata sint et firma, nec per cessum temporis oblivione valeant deleri, sed ad memoriam posteriorum reservari, presenti pagine fecimus annotari, anno Domini M°. ducentesimo septuagesimo quinto.

Sciendum est nichilominus, quod ex parte domni Johannis supradicti,

ex hiis que sibi a suis parentibus legitime provenerant, recepit presens ecclesia xx et vii lb. Tur. Que quidem pecunia assignata fuit ad nostram infirmariam, et ad utilitatem ejus conversa fuit evidentem.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Manuscrit numéroté 35 parmi ceux qui proviennent de Cheltenham, p 347.

841.

L'abbé et les moines de Cornelismunster vendent à l'abbaye de Saint-Martin toutes leurs possessions de Kain lez-Tournai.

Juillet 1275.

Universis presentes litteras inspecturis, J[ohannes], divina permissione abbas Sancti Cornelii Indensis, Coloniensis dyocesis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Crescente mundi malitia, opus est ut hominum crescat industria et cautela, quibus provideatur ut quod geritur in tempore consummetur feliciter, et firmiter observetur. Eapropter universitati vestre volumus esse notum, quod cum olim nos et ecclesia nostra Sancti Cornelii, mole debitorum quamplurimum diversis creditoribus essemus obligati, ut ab obligationibus hujusmodi quibus graviter opprimebamur possemus liberari, considerato statu nostro et ecclesie nostre utilitate pensata, ne nos contingeret ad deteriora prosilire, omnes terras arabiles, homagium Nicholai de Vinea ac ipsius successorum, et omnia alia que habebamus in villa et territorio de Chayn juxta Tornacum, cum ejus appendiciis, viris religiosis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis perpetuo tenenda et possidenda concessimus, pro quaterviginti et quinque libris annui redditus, et duodecim denariis annui census, monete currentis in territorio et villa predictis, nobis vel certo nuntio nostro ad hoc litteratorie destinato, annis singulis, intra septa monasterii Sancti Martini Tornacensis, infra octabas Penthecostes postquam dictos abbatem et conventium Sancti Martini primo

fructus bonorum predictorum recipere contingeret. persolvendis; cedentes dictis abbati et conventui Sancti Martini, mediantibus reddito et censu predictis, omne jus quod nobis et ecclesie nostre competebat et competere poterat in premissis.

Cumque tempore procedente, eris alieni et etiam usurarum voragine molestissima detinemur oppressi, nec nisi per bonorum nostrorum distractionem ab hujusmodi videremus nos oppressionibus et debitorum oneribus posse liberari, ut etiam eminentia prevenerimus monasterii nostri pericula graviora, non invenientes alium competentiorem modum evadendi gravamina prenotata. predictum redditum quaterviginti et quinque librarum, et censum duodecim denariorum, et omne dominium directum vel utile, et omne jus quod nobis et ecclesie nostre in predictis bonis, in villa, territorio et appendiciis de Chayn consistentibus. et in censu et reddita predictis competebant vel competere poterant, et omnia que ibidem habebamus vel habere poteramus et debebamus, quacumque causa. vel quocumque modo, et que nostri juris erant et esse poterant. sunt et esse possunt in omnibus rebus nominatis et non nominatis, ac si essent propriis specificate nominibus, cum omnibus juribus, justiciis, rationibus, ratiociniis, homagiis et releviis, vendidimus et vendimus, tradidimus vel quasi tradidimus, et tradimus vel quasi tradimus, cessimus et concessimus, cedimus et concedimus predictis abbati et conventui, pro vero et justo precio, videlicet nongentis et sexaginta libris alborum, quod ab eisdem in pecunia numerata recepimus, et in monasterii nostri relevamen, remedium, utilitatem, refudimus et profectum. Et dictum precium nobis et monasterio nostro amplius profuisse et prodesse confitemur, cognoscimus et juramus, quam prefata bona profuissent aut proficere potuissent, si vendita non fuissent, presertim cum dicta bona non satis nobis essent ad manum, nec de ipsis commode gaudere possemus, et inter cetera quod nimis a nobis et monasterio nostro sunt remota, et in eis requirendis vel etiam procurandis magna nobis tam sumptuum quam laborum incumberet difficultas. Preterea omnia servicia que nobis et ecclesie nostre, sub pretextu vel ratione prelature, dominii, vel honoris, ex jure vel ex more, a quibuslibet personis sive de clero sive de seculo debebantur, debentur et deberi poterunt, quandocumque et etiam si qua sunt inter hec que gratis accipi oportet sive dari, dictis abbati et conventui Sancti Martini omnino cedimus, et cum

predicta universitate in eos transferimus, et translata esse et transiisse confitemur, nichil in predictis villa, territorio et appendiciis nobis juris retinentes. Confitemur etiam quod licet bona predicta rite fuissent subhastata, non tamen invenimus emptorem, qui plus nobis offerret, nomine precii, quam recepimus ab abbate et conventu Sancti Martini predicti pro precio bonorum predictorum.

Ceterum ut premissa acta et conventa solempnius firmarentur. et firmius per omnia perseverent, nos Indenses procuratorem nostrum Johannem de Bruxella clericum nostrum, ad partes transmisimus antedictas, dantes eidem Johanni, procuratori nostro, potestatem et auctoritatem, ego videlicet abbas, et nos conventus Indensis, de abbatis nostri predicti voluntate et mandato speciali, jurandi in animas nostras et quilibet nostrum in suam, quod bona illa nostri erant allodii et proprii juris nostri, et tam libere conditionis quod de ipsis vel pro ipsis nulli hominum in aliquo exactionis servicio, vel in aliqua prorsus angaria seu perangaria tenebamur, et etiam potestatem plenariam eadem bona pro nobis omnibus, et vice omnium nostrum, ex toto werpiendi et evidenter effestucandi. Qui utique Johannes, secundum sibi datam, ut dictum est, potestatem, vocatis et presentibus omnibus quorum propter hec fuerat presentia requirenda, et qui de talibus judicare consueverant et debebant, per dictam werpitionem et effestucationem, et per eorumdem hominum, sicut oportuit, documentum, de prefatis bonis nos quidem exheredaverunt, et abbatem et conventum Sancti Martini predicti adheredaverunt, ipsos in dictorum bonorum vacuam possessionem et solempnem investituram, cum legitima stipulatione et integra juris adhibitione, mittentes. Et quoniam talem ad illos bonos viros Sancti Martini predicti benivolentiam gerimus, etiam in hoc facto quod si quid in hiis omnibus a dicto esset procuratore minus factum, supplere vellemus et volumus, per nos ipsos, ad cumulum perfectionis et consummationis tocius negocii jam predicti.

Nos omnes, abbas videlicet et conventus Indensis, in nostro Indensi capitulo consistentes, et propter hoc specialiter congregati, dictorum abbatis et conventus Sancti Martini procuratore presente, ego quidem abbas Indensis per me ipsum, et nos conventus Indensis per procuratores nostros et sindicos ecclesie nostre monachos, Symonem, cellararium nostrum, et Renaldum, thesaurarium nostrum, legitime pro nobis de

abbatis nostri licentia constitutos, tactis sanctorum reliquiis et ewangeliis sacrosanctis, juramentum corporale prestitimus et prestamus, jurantes in animas nostras quod de causis et de emolumentis contractuum predictorum, ita sit et fuerit prout superius est expressum, videlicet quod a debitorum et usurarum obligationibus et pressuris, alio competentiori modo quam per istam venditionem non potuerimus liberari, et quod hujus venditionis et emptionis precium sit receptum, non solum in solutionem hujusmodi debitorum et usurarum, sed insuper refuderimus in acquestum. In eodem quoque capitulo et eodem die, tam per vivam vocem quam per abdicationem manuum corporalem, semel, secundo ac tercio werpivimus et effestucavimus hec predicta, eadem cum omnibus juribus eorum, in manus dictorum abbatis et conventus Sancti Martini, totaliter reportantes jure perpetuo ab ipsis pacifice possidenda, nec in eisdem bonis nobis aut successoribus nostris, seu monasterio nostro, quicquam aliquo titulo vel aliqua retinuimus ratione. In ipso nichilominus adjecimus et adicimus sacramento, quod hos contractus et omnia et singula supradicta inviolabiliter tenebimus et adimplere fideliter satagemus, et quod contra premissa vel aliquod premissorum, numquam per nos aut per alium veniemus, nec aliquid attemptabimus ullo modo, nec artem nec ingenium queremus, per nos aut per alium, quominus dicti abbas et conventus Sancti Martini predicti de bonis gaudeant memoratis; quinimo, abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, sub fide et juramento predictis, cum solempni stipulatione promisimus et promittimus nos Indenses, quod super eisdem bonis, contra quoscumque homines, perpetuam exhibemus garandiam, in nostris propriis sumptibus et expensis.

Ad majorem quoque securitatem, pro premissis diligentius roborandis, dictis abbati et conventui Sancti Martini, nos, et successores nostros, et monasterium nostrum, et omnia bona ejus, eatenus obligamus quod nisi firmiter in hac nostra promissione steterimus, sed in parte vel in toto resilierimus ab eadem, ipsi de bonis nostris, ubicumque fuerint, per se vel per aliam personam, et etiam invocato, si necesse fuerit, brachio seculari, tantum capiant et capi faciant vel saisiri, sua auctoritate, quod per plenum dictum suum totum rehabeant quod per nostrum vitium amiserint aut defectum; nec captionem hujusmodi, vel saisinam, in nostram fieri reputare poterimus injuriam vel offensam. Sepedictis iterum abbati et conventui

Sancti Martini, sub eisdem obligationibus et sub eodem promisimus et promittimus juramento, quod super dictis contractibus et conventionibus, decretum per ordinarium nostrum dominum Coloniensem archiepiscopum interponi, et eos sua pontificali auctoritate confirmari faciemus, et in expensis et sumptibus nostris super decreto et confirmatione hujusmodi, litteras ejusdem ordinarii nostri impetrabimus, et eisdem bona fide quam cito fieri poterit deliberabimus impetratas. Super omnibus autem hiis que superius continentur, nos abbas et conventus Indensis monasterii, per dictum juramentum nostrum renuntiamus specialiter et expresse exceptioni rei non vendite, seu precii non soluti, aut non numerate aut non solute pecunie, omni privilegio, indulgentie, gratie, et omnibus et singulis instrumentis a domino papa, vel ab ejus legatis vel a quocumque alio, nobis et monasterio nostro sub quacumque forma concessis seu etiam concedendis, et specialiter hiis quibus cavetur quod ad solutionem aliquorum debitorum sive contractuum observationem minime teneamur seu etiam compellamur, nisi ipsius debita et contractus a nostris creditoribus, aliter quam per litteras nostras, in utilitatem monasterii nostri conversa esse legitime probatum fuerit et ostensum. Renuntiamus etiam quantum ad hoc sub fide et juramento, sicut dictum est, prestitis, beneficio restitutionis in integrum, et specialiter beneficio quod competit ecclesiis auctoritate legis codicis; jubemus et auten ..... hoc jus porrectum, et quod allegare non poterimus seu dicere nos deceptos sive lesos, seu monasterium nostrum deceptum esse sive lesum ultra dimidiam justi precii, hec agendo et concedendo seu confessiones nostras falsas esse, vel premissa facta fuisse in enormem monasterii nostri lesionem. Renuntiamus quoque sub prefato juramento, omni juris auxilio canonici pariter et civilis, omni dolo et fraudi, omni defensioni, constitutioni et statuto patrie sive loci, omni actioni sive exceptioni reali vel personali, omnibus exceptionibus in factum aut in rem vel in personam proponendis, cunctisque aliis exceptionibus, defensionibus, et cujuscumque juris auxiliis, quibus prescripta vel subnotata seu quodlibet eorumdem possent infringi, vel aliquatenus infirmari, et omnibus litteris impetratis et impetrandis, etiamsi relaxationem contineant juramenti. Ut igitur contractus predicti et omnia que ad ipsos pertinent, prout superius sunt conscripta, stabilitatem in perpetuum obtineant inconcussam nec aliqua possint inposterum calumpnia vel oblivione dissolvi, nos

abbas et conventus Indenses predicti, super hiis omnibus cartam istam concordi voluimus et fecimus unanimitate conscribi, et eam appensione sigillorum nostrorum munitam, abbati et conventui Sancti Martini predictis, in inviolabile porreximus et dedimus testimonium hujus rei.

Datum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, mense julii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie verte, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, pp. 5 et 32; *Ibidem,* Cartulaire 130, pp. 843 et 849; *Ibidem,* Cartulaire 132, p. 1005.

842.

L'archevêque de Cologne vidime et approuve la charte précédente.

Juillet 1275.

[Sigefridus], Dei gratia Coloniensis archiepiscopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos litteras religiosorum virorum abbatis et conventus Indensis, nostre Coloniensis dyocesis, vidisse et diligenter inspexisse in hec verba :

« Universis presentes litteras », etc. (*Suit le texte de la charte précédente.*)

Constituti autem in nostra presentia procuratores Indensium et Tornacensium predictorum, nobis instanter supplicarunt et a nobis petierunt quatinus super alienationibus et aliis de quibus in predictis litteris fit mentio, decretum interponere et ea pontificali auctoritate confirmare curaremus. Nos autem, recepto a procuratore dictorum Indensium super hoc potestatem, habente in animas dictorum Indensium juramento quod alienationes hujusmodi in utilitatem ecclesie Indensis erant facte, et quod contenta in predictis litteris ipsorum Indensium erant vera; facta etiam super contentis in dictis litteris alias inquisitione diligenti, quia cognos-

cimus alienationes de quibus in predictis litteris ipsorum Indensium fit mentio, et alia in dictis litteris contenta, in utilitatem ecclesie Indensis rite facta esse, nos alienationes hujusmodi et alia in dictis litteris ipsorum Indensium contenta valere et observari debere decernimus, et pontificali auctoritate confirmamus. In quorum omnium robur et munimen perpetuum litteris presentibus sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, mense julii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie verte, en cire verte. — Bruxelles, Arch gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 32; *Ibidem*, Cartulaire 130, p. 855.

843.

L'abbé et les moines de Cornelismunster chargent le clerc Jean de Bruxelles de transférer en leur nom à l'abbaye de Saint-Martin tous les biens et droits qu'ils ont vendus à cette abbaye, à Kain lez-Tournai.

Juillet 1275.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes, divina permissione Sancti Cornelii Indensis abbas, ordinis sancti Benedicti, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis quod nos magistrum Johannem de Brouxella, clericum, exhibitorem presentium, nostrum constituimus et ordinamus procuratorem, ad tradendum et werpiendum abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis omnia bona que habemus in villa et territorio de Kain juxta Tornacum, et ejus appendiciis, et ad investiendum dictos abbatam et conventum de bonis predictis, et eos in vacuam possessionem dictorum bonorum inducendum et mittendum bene et rite, secundum jus et secundum usum et consuetudinem patrie, et ad faciendum omnia que circa hec seu ad premissa expedienda et complenda, de jure vel de consuetudine fuerint

facienda, et per que nos et monasterium nostrum bene et ad legem de predictis bonis in terris, pratis, aquis, nemoribus, pasturis, decimis, homagiis, releviis, justiciis, introitibus, exitibus, redditibus, servitutibus aut juribus quibuscumque vel rationibus aut ratiociniis, vel in aliis consistentibus exheredati simus, et dicti abbas et conventus Sancti Martini adheredati, et in eorum vacuam possessionem inducti et missi, ratum et gratum habituri quicquid per dictum procuratorem nostrum, super premissis; nostro nomine, factum fuerit sive dictum. In quorum testimonium et munimen, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

Datum mense julio, anno Domini M°. CC°. LXX^mo^. quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur cordelettes blanches, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1008.

844.

L'abbé et les moines de Cornelismunster écrivent au pape Grégoire X, pour lui demander de ratifier la vente qu'ils ont faite de tous leurs biens de Kain à l'abbaye de Saint-Martin.

Juillet 1275.

Sanctissimo patri ac domino Gregorio, Dei providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Johannes, ejusdem permissione humilis abbas monasterii Sancti Cornelii Indensis, Coloniensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, totusque ejusdem loci conventus, devota pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre significamus, quod cum olim nos et monasterium nostrum, mole debitorum quam plurimum diversis creditoribus essemus obligati, ut ab obligationibus quibus graviter opprimebamur possemus liberari, considerato statu nostro et ecclesie nostre utilitate pensata, ne nos contingeret ad deteriora prosilire, omnes terras arabiles, homagium

Nicholai de Vinea ac ipsius successorum, et omnia alia que habebamus in villa et territorio de Chayn juxta Tornacum, cum ejus appendiciis, viris religiosis abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis perpetuo tenenda et possidenda concessimus, pro quaterviginti et quinque libris annui redditus, et duodecim denariis annui census, monete currentis in territorio et villa predictis, nobis vel certo nuncio nostro ad hoc litteratorie destinato, annis singulis, infra septa monasterii Sancti Martini Tornacensis, infra octabas Penthecostes postquam dictos abbatem et conventum Sancti Martini primos fructus bonorum predictorum recipere contingeret, persolvendis; cedentes dictis abbati et conventui Sancti Martini, mediantibus redditu et censu predictis, omne jus quod nobis et ecclesie nostre competebat et competere poterat in premissis.

Cumque tempore procedente, eris alieni et etiam usurarum voragine molestissima detineremur oppressi, nec nisi per bonorum nostrorum distractionem ab hujusmodi videremus nos oppressionibus et debitorum oneribus posse liberari, ut etiam eminentia prevenerimus monasterii nostri pericula graviora, non invenientes alium competentiorem modum evadendi gravamina prenotata, predictum redditum quaterviginti et quinque librarum, et censum duodecim denariorum, et omne dominium directum vel utile, et omne jus quod nobis et ecclesie nostre in predictis bonis, in villa, territorio et appendiciis de Chayn consistentibus, et in censu et redditu predictis competebant vel competere poterant, et omnia que ibidem habebamus et habere poteramus et debebamus, quacumque causa vel quocumque modo, que nostri juris erant et esse poterant, sicut et esse possunt in omnibus rebus nominatis et non nominatis ac si essent propriis specificate nominibus, cum omnibus juribus, justiciis, rationibus, ratiociniis, homagiis et releviis, vendidimus, tradidimus, vel quasi tradidimus et concessimus predictis abbati et conventui, pro vero et justo precio, videlicet nongentis et sexaginta libris alborum quod ab eisdem in pecunia numerata recepimus, et in nostri monasterii relevamen, remedium, utilitatem refudimus et profectum. Et dictum precium nobis et monasterio nostro amplius profuisse et prodesse confitemur, cognoscimus et juramus, quam prefata bona profuissent aut proficere potuissent si vendita non fuissent, presertim cum dicta bona non satis nobis essent ad manum, nec de ipsis commode gaudere possemus, et inter cetera quod minus a nobis et monasterio nostro

sunt remota, et in eis requirendis vel etiam procurandis magna nobis tam sumptuum quam laborum incumberet difficultas. Preterea omnia servicia que nobis et ecclesie nostre sub pretextu vel ratione prelature, dominii vel honoris, ex jure vel ex more, a quibuslibet personis sive de clero sive de seculo debebantur, debentur et deberi poterunt, quandocumque et etiam si que sunt inter hec que gratis accipi oporteat sive dari, dictis abbati et conventui Sancti Martini omnino cessimus et cum predicta universitate in eos transtulimus et translata esse et transisse confitemur, nichil in predictis villa, territorio et appendiciis nobis juris retinentes, sicut hec et alia in litteris nostris super hoc confectis, et sigillis nostris sigillatis, plenius continentur. Super quibus dominus Coloniensis archiepiscopus, in cujus diocesi nos et nostrum monasterium consistimus, cum cause cognitione decretum suum interposuit, et ea sua pontificali auctoritate confirmavit.

Sed ut premissa, auctoritate apostolica fulcita, rata et inconvulsa permaneant, Sanctitati vestre supplicamus humiliter et devote, quatenus omnia premissa auctoritate apostolica dignemini confirmare, vel facere confirmari.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé en cire brune, sur cordelettes blanches. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1008.

845.

L'abbé et les moines de Cornelismunster écrivent à l'évêque de Cambrai, pour le prier de ratifier la vente qu'ils ont faite à l'abbaye de Saint-Martin de tous leurs biens de Kain lez-Tournai, diocèse de Cambrai.

Juillet 1275.

Reverendo patri ac domino I[ngelranno], Dei gratia Cameracensi episcopo, Johannes, ejusdem permissione abbas monasterii Sancti Cornelii

Indensis, ordinis sancti Benedicti, Coloniensis dyocesis, totusque ejusdem loci conventus, salutem et reverentiam debitam et devotam.

Noverit vestra paternitas reverenda, quod cum olim, etc. (*Le texte de cette lettre est identique à celui de la précédente; la fin seule diffère, en ces termes :*)

Ut autem premissa rata et inconvulsa permaneant, et in eis non desit juris sollempnitas neque forma, paternitati vestre supplicamus humiliter et devote, quatenus contractus predictos et omnia que in litteris nostris super dictis contractibus confectis continentur, laudare et approbare, et quantum in vobis est, dignemini confirmare.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1009.

846.

L'official de Tournai constate que Gontier de Sainghin, sergent de l'aumônerie de l'abbaye de Saint-Martin, a donné à cette aumônerie un quartier et vingt verges de terre à Froyennes.

Mercredi 27 novembre 1275.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noveritis quod Gonterus dictus de Senghinio, serviens elemosinarii ecclesie Sancti Martini Tornacensis, coram nobis in jure personaliter constitutus, recognovit se pro Deo in elemosinam, ob remedium anime sue et suorum antecessorum, pure et absolute contulisse, et contulit donatione inter vivos, ecclesie Beati Martini predicti, ad opus elemosinarie ejusdem ecclesie, unum quartarium et xx^ti virgas terre arabilis ipsius Gonteri, vel circiter, jacentes ad locum qui dicitur as Cavains, in parrochia de Froyane, ex nunc tenendas et possidendas perpetuo ab eadem ecclesia,

sine reclamatione aliqua ab eodem Gontero et ejus successoribus in posterum facienda; cedens eidem ecclesie omne jus et actionem que habebat in terra predicta; cui juri expresse renuntiavit idem Gonterus ad opus dicte ecclesie, nullum jus retinendo sibi in eadem. Juravit etiam idem Gonterus quod predictas collationem et renuntiationem non faciebat in fraudem aliquorum heredum suorum, sed bono zelo easdem faciebat, approbabat et laudabat, et pro bono quod receperat et se recepisse dicebat in eadem ecclesia; et promisit idem Gonterus, fide et juramento ab eodem in manu nostra corporaliter prestitis, quod contra dictas collationem et renuntiationem, per se vel per alium non veniet in futurum; volens et concedens quod si contra premissa vel aliquod premissorum per se vel per alium veniret in futurum, quod nos ipsum ad desistendum, et ad observantiam omnium premissorum, per censuram ecclesiasticam compellamus, ubicumque commoretur predictus Gonterus in futurum, se et sua, quantum ad hoc, juridictioni curie Tornacensis supponendo. In quorum testimonium, presentibus litteris sigillum sedis Tornacensis duximus apponendum.

Datum anno Domini M°. CC°. septuagesimo quinto, feria IIII[a] post festum beate Katherine virginis.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 186.

847.

Énumération des terres louées par l'abbaye de Saint-Martin à Jean des Prés et autres, dans les villages d'Évregnies et d'Estaimpuis.

Vers 1275.

Ce sont les tieres mesurées ensi ke eles gisent par pièces et par roiies en coutures d'Evregnies et de Stainpuc, ke Jehans des Prés, Théris Coudace, Baudes de le Cavée, Sobiers dou Moulin et Jehans Pelfins ont pris à cense de le glise Saint Martin de Tournai.

Ce sont les tieres Jehan des Prés : à le ghieskière, devant le capiele, I bonnier et demi et XIIII verghes; à marc, d'autre part le rue, devant le

capiele, demi bonier et xxvii verghes; à blet, en tieres viers Petitpreut, ix boniers et demi et li verges; de pret, outre les Tries, i quartier et xl verges. Somme : xii boniers et xxxii verghes. Item somme : xix lib. xvii s. et viii deniers.

Ce sont les tieres Théri Coudace : à ghieskière, devant le capiele, tenant à l'un des prés, ii boniers et xxvi verghes; à marc, derrière le maison Pieron Pelfin, viers Hiermanpont, en ii pièces, ii boniers i quartier et xxiiii verghes; à blet, ens Tries, tenant à le Jèhan des Prés, iii quartiers et xlvi verges; et par dechà le maison Jehan des Prés, à blet, v quartiers et iiii verghes; de pret, outre les tieres tenant au pret Jehan des Prés, i quartier. Somme : vi boniers et iii quartiers. Item somme : xi lib. ii s. et ix deniers.

Ce sont les tieres Baudon de le Kavée : à ghieskière, devant l'atre, iiii boniers et demi et iiii verges; au marc, au Louvi, iiii boniers et demi xxx verges; en le masure dou Louvi, i quartier et i verge; à blet, derrière le Puch, demi bonier et xl verghes; de pret, à Revelart, en trois pièces, demi bonier. Somme sans le masure : x boniers et lxxiiii verghes. Somme : xvii lib. et vi s. à tout le masure.

Ce sont les tieres Sohier dou Moulin : à ghieskière, devant le maison Mikiel Rudant, en vi pièces, iiii boniers xi verges mains; à marc, la serant ki fu Oginain Froidure, iiii boniers quartier et demi et iiii verges; à blet, devant le maison Sohier dou Moulin, v boniers et demi et lxxiiii verges; de pret, au Loncpret, demi bonier. Somme : xiiii boniers et demi et xvii verges. Item somme : xxii lib. et x sous.

Ce sont les tieres Jehan Pelfin : à ghieskière, viers le moulin monsigneur Gossuin, vi boniers et demi et xx verghes; à le Walengerie, i quartier iiii verges mains; à marc, où Maresc, en iiii pièces, ii boniers xx verges mains; devant le moulin monsigneur G[ossuin], d'autre part le rue, i bonier et xlix verges; à blet, à le Walengerie, i bonier et xlii verges et demie; à Coubecainrue, ix quartiers et xxii verghes et demie; à le Brokerie, en deus pièces, ix quartiers et vii verghes; delà les Praieaus, en iii pièces, iii boniers et i quartier et vi verges; de pret, à Hiermanpont, outre les pièces, demi bonier. Somme : xix boniers i quartier xxiii verghes. Somme : xxxi lb. xvii s. et i denier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 56[a].

848.

Le châtelain de Tournai exempte l'abbaye de Saint-Martin de l'aide aux quatre cas, et de toutes tailles ou corvées; il détermine ensuite les droits de l'abbaye pour les bans d'août, la punition des voleurs, etc., dans la châtellenie de Tournai.

Janvier 1276.

Ce fu fait et donné l'an de l'incarnation Nostre Signeur mil et CC. et sissçante quinze, el mois de jenvier.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé en cire brune, de cinq sceaux pendants sur lacs de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 125, p. 29; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 59; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 304 [1].

849.

L'abbaye de Saint-Martin donne à bail pour sept ans à Baudouin Atache sept quartiers et demi de terre au Camp à l'Abeliel.

Janvier 1276.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke li glise de Saint Martin de Tornai a dounet à loial cense, de ce mois de genvier là nous sons ore, l'an de l'incarnation M. CC. et LXXV, jusques à VII ans apriès continuels et acomplis, à Bauduin Atache, VII quartiers et demi de tiere, pau plus pau mains, ke li glise devant ditte a gisant où Camp à l'Abeliel. Si doit Bauduins Atache, de celle tiere devantditte, à le glise Saint Martin rendre et paiier

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 211.

cascun an au Noel, dedens ces VII ans, VI lib. et XVI s. et IIII d de Tornois. Et si doit encore cius Bauduins devantdis toute le tiere devant ditte femer bien et loiaument, de boin fiens, à le volenté de le glise, et avoir toute femée dedens les II ans darrains de ceste cense Et si ne puet Bauduins Atache, ne ne doit en celle tiere arbres planter, ne maison faire. Celle cense devant ditte, tout ensi que deviset est, a cis Bauduins devantdis enconvent à tenir ferme et estavle, et en a le devant ditte église assenet à tous ses meules, là ù on les pora trouver, et spéciaument sour les preus ki seront sour le tiere devant ditte. A ceste connissance fu Jehans de Holaing com voirs jurés, et Jehans Male i fu com autres hom. Et si furent les parties à cest escrit livrer.

Ce fu fait l'an de l'incarnation M. CC. et LXXV, el mois de jenvier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol 45v.

850.

L'abbaye de Saint-Martin donne à bail pour douze ans, à Sohier des Tombelles et à Estevenart de le Haye, tout ce qu'elle possède à Buissenal.

Dimanche 19 janvier 1276.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, ke li église de Saint Martin de Tournai a ascensit à Sohier des Tombieles et à Estevenart de le Haye, le manage et toute l'aisemence ki affiert et atient à le maison de Buisenaut, ki est de l'église Saint Martin de Tournai, et XXXV boniers ke pret ke tieres ahenavles, pau plus pau mains, et toutes les dismes et les tierages que li église devant ditte a ens en le paroffe de Buisenaut; par tel maniere que li censisseur devant dit, Sohiers et Estevenars, le doivent tenir et faire leur preut par le tiermine de XII ans sivans continuelment près après; et par ensi ke cil Sohiers et Estevenars doivent paiier, à ceste première année ki eskerra en l'an M. CC. et LXXVI, VIII jours devant le Paske que nous awar-

dons première venant, xx lib. de Torn., et après, VIII jours devant le jour saint Jehan Baptiste, xx lib. Torn., et après, VIII jors devant le jour saint Remi, xx lib. Torn.; et ensi l'autre année après sivant continuelment, au Noel XVII lib. et demie Torn., et à le Paske apriès sivant XVII lib. et demie. et à le saint Jehan Baptiste XVII lib. et demie: et à le tierce année apriès sivant continuelment, au Noel XXI lib. Torn., et à le Paske apriès XXI lib. Torn., et à le saint Jehan apriès XXI lib. Torn; et ensi as autres années sivant continuelment priès après, cascun an LXIII lib. Torn., as teus tiermines com deviset sont en le tierce année, à cascun termine XXI lib. Torn. tant ke li termines des XII années soit aemplis, et souls, et paiiés.

Et est asavoir que li censisseur devant nommet, Sohiers et Estevenars, doivent traire où manage de Busenaut devantdit, et en le court, tous les biens, les preus et tous les fruis ki affièrent à le court, pour faire fiens. Et nient ne puent vendre ne ardoir de l'estrain ne ailleurs allewer. mais il le doivent traire sor les tieres ki affièrent à le court de Busenaut. Et si ne puent mettre les biens ne le tieres en autrui main, se par le congiet non de l'église devant dite. Et si ne puent ne ne doivent li censisseur metre les tieres hors de droite roiie. Et s'a cil Sohiers enconvent k'il manra meismes en où manage et en le cort devant ditte. Si li doit li église de Saint Martin livrer les maisons entires de pel, de verghes, de lattes et de couvertures, et Sohiers les doit soustenir entières et estaines fors que d'enviesir. Et est asavoir que li censisseur devant dit doivent cascun an as forestiers de Busenaut demi mui de blet Tournisien, ki wardent le bos.

Et toutes ces choses ensi com devisées sont, ont li censisseur Sohiers et Estevenars fianciet et juret par foit fiancié à tenir et à complir bien et loiaument; et si ont assenet à aus et au leur partout ù qu'il ont et aront, en vert et en sech. Et li église devant ditte leur a enconvent à conduire et à warandir com loial ascense. Et se il avenist chose ke li censisseur devant nomet défaillissent de riens ces choses et ces devises acomplir, rendre doivent à l'église toutes les défautes, par le simple dit de l'abbet u del prouvost de Saint Martin. De ces convenences sont principal dette: Sohiers de Tonbeles, Jehans ses fius, Estevenars de le Haye, Jehans de le Haye. Et cist en sont plège pour Estevenart et pour Sohier enviers l'église: Jehans Pottiers, Jehans li Premiers, Colars de Morruet, Gilles li Escueliers, Jehans ses frères, Colars de le Porte, Jehans dou Pret. Engherans dou

Fraesne, Rogiers d'Aillies, Jehans li Fèvres, Gosseaus Wastefarine, Colars de Péronce, Colars del Torotte, Watiers de Busenaut, Leurens d'Aillies, Gervaises de le Val, Pieres li Bourgois. Et Sohiers et Estevenars les ont enconvent à aquiter tous quittes par leur plain dit.

Ces convenences furent faites devant l'aiwe d'Ath, II eskievins : Watier le Tordeur et Gérart le Fèvre; et cil l'ont recordet devant leur compaingnons : Gossuin le Conte, Jehan de Gombausart, Philippon le Mollet, Thumas de le Pasture et Jehan Synant. Et si furent com eskievin de Busenaut : Pieres Capiaus, Colars de le Torote, et Jehans Fevriers. Et si i furent autre crestiien et boines gens : mesires Mahius de le Val, chevaliers, et dant Symons, prouvost de Saint Martin, et Bruneaus, ses vallés.

Ce fu fait le diemence devant le Conversion saint Pol, en l'an de l'incarnation M. CC. et LXXV.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 124, fol. 50v.

851.

Le châtelain de Tournai approuve la vente faite aux moines de Saint-Martin par Baudouin de Mortagne, son frère, de tout ce qu'il lui avait assigné à Kain sur l'héritage paternel.

Avril 1276.

Ce fu fait et donnet l'an de l'incarnation Nostre Signeur Jhesu Crist mil deus cens et sissante et sèze, el mois d'avril.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 37; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1041 [1].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 216.

852.

Le châtelain de Tournai mande aux échevins de Lamain d'investir les moines de Saint-Martin de la propriété d'une terre au Corriel, qui leur avait été donnée par Willaume de le Porte et par sa femme Marie.

2 août 1276.

En l'an de l'incarnation mil CC. LXXVI, l'endemain de le saint Piere entrant aoust.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 207; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 298 [1].

853.

L'abbé et les moines de Saint-Martin cèdent au monastère de Cambron tous les biens qu'ils possèdent à Ormeignies.

Octobre 1276.

Datum anno Domini millesimo CC°. LXXVI°, mense octobri.

Malines, Archives de l'archevêché, Cartulaire de l'abbaye de Cambron, copie contemporaine de l'acte [2].

[1] Cette charte est publiée dans l'*Histoire des châtelains de Tournai*, par A. d'Herbomez, t. II, p. 223.

[2] Cette charte est publiée dans le *Cartulaire de Cambron*, par J.-J. De Smet, p. 590, et dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, t. V, p. 188.

854.

L'évêque de Tournai approuve la cession de leurs biens d'Ormeignies faite à l'abbaye de Cambron par l'abbé et les moines de Saint-Martin.

Novembre 1276.

Datum anno Domini millesimo CC°. LXXVI°, mense novembri.

Malines, Archives de l'archevêché, Cartulaire de l'abbaye de Cambron, copie contemporaine de l'acte [1].

855.

L'abbé et les moines de Saint-Martin arrentent à Gilles de Warnave, écuyer de l'abbé de Saint-Martin, la maison qu'il habite à Tournai, dans la rue Saint-Martin.

Mars 1277.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, que li abbés et li couvens de le glise Saint Martin de Tornay ont werpit et donnet à rente perpétuel à Gillion de Warnave, escuier l'abbet de Saint Martin devant dit, une maison, là li devant dis Gilles maint aujourd'uy, et toutes les appendances de l'hyretage, si com il siet devant et derière, en le rue Saint Martin, entre le maison le prestre de Saint Nichaise, et le maison ki fu Leurenc Bourach, parmi vi lb. de Torn. de rente hyretavle, et i Torn. de cens; de lequele rente devantdite li devant dis Gilles a aquis et délivret à l'église Saint Martin LX s. de Tornois de rente en le poroffe de Kain, descendans à le court de Costentaing, el descont et el rabat de ces vi lb. de rente. Et bien s'en tienent li abbés et li couvens à ahiretet el non de lor église, et en sont en tenure et en

[1] Celte charte est publiée dans le *Cartulaire de Cambron*, par J.-J. De Smet, p. 389.

L'official de Cambrai ecrit au curé de Saint-Brice, à Tournai, pour le charger de recevoir en son nom tous les désistements qui pourraient être faits en faveur de l'abbaye de Saint-Martin, par la demoiselle de le Vigne, veuve du maire de le Vigne, par Jean de Dours, par Evrard, le fils de ladite demoiselle, et par sa femme.

Vendredi 21 avril 1279.

Officialis Cameracensis presbitero Sancti Brictii Tornacensis salutem. Presentium tenore vobis committimus et mandamus, quatinus recognitiones, obligationes, cautiones quascunque, et alias securitates necnon renuntiationes quas coram vobis facere voluerint domicella de Vinea, relicta videlicet majoris de Vinea, Johannes de Dours, Evrardus, filius dicte domicelle, et uxor dicti Evrardi, ad opus religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii Sancti Martini Tornacensis, audiatis et recipiatis loco nostri, ac etiam vice nostra, et eas de verbo ad verbum; et quid inde feceritis nobis fideliter et liquide vestris patentibus litteris rescribatis, ut ea omnia, ac si coram nobis in jure facta essent, ratificare, approbare, et confirmare valeamus.

Datum anno Domini M°. CC°. LXX°. nono, feria sexta ante Jubilate.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé en cire verte, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 45; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1051.

871.

Le doyen et le chapitre de Notre-Dame de Tournai publient la sentence arbitrale qui termine les différends de leur église avec l'abbaye de Saint-Martin, et qui établit une compensation entre les divers cens et rentes qu'ils doivent à l'abbaye et ceux qui leur sont dus par elle.

Samedi 15 juillet 1279.

Universis presentes litteras inspecturis, G[erardus], decanus, et capitulum ecclesie Beate Marie Tornacensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum inter nos, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, ex altera, orta esset materia questionis, super minutis decimis curtium de Froiania et de Warnavia, et super redditibus, censibus, releviis et vectura bladi, que nos decanus et capitulum dicebamus nobis ab eisdem abbate et conventu deberi seu ad nos pertinere, et super quibusdam releviis que etiam petebamus ab eisdem, et super quibusdam penis que hinc inde petebantur; tandem, pro bono pacis, super hiis et aliis, de proborum virorum consilio, a nobis partibus predictis, in reverendum patrem et dominum nostrum Johannem, Tornacensem episcopum, virum venerabilem P . . , tunc archidiaconum Tornacensem, et religiosum virum dominum E[gidium], tunc abbatem predicti monasterii, de voluntate et expresso consensu presbiterorum de Froiania, de Chere et de Calonne, initum fuit compromissum sub hac forma :

« Universis presentes litteras inspecturis, G[erardus], decanus », etc. (*Suit le texte de la charte du 6 avril 1277, publiée ci-dessus, nº 856.*)

Dicti autem abbas et archidiaconus, onere hujusmodi in se suscepto, consideratis negotiorum meritis, recepta etiam a partibus, vive vocis oraculo, plena et expressa potestate dicendi, arbitrandi seu ordinandi de omnibus hiis que sequuntur, et ea que alterutri parti ab altera debebantur invicem compensandi, prout eis videretur expedire, componendo, ordinando seu arbitrando dixerunt, statuerunt et pronuntiaverunt in hunc modum.

Dicimus, statuimus et pronuntiamus quod pro minutis decimis que provenient in predictis curtibus prefati monasterii de Froiania videlicet et de Warnavia, ac pro nutrimentis animalium ipsius monasterii, ovium, porcorum scilicet et aliorum quorumcumque que in eisdem curtibus nutrientur, necnon pro decimis olerum, leguminum, fructuum arborum et aliorum quorumcumque decimabilium in dictis curtibus crescentium; item pro minutis decimis provenientibus et proventuris infra septa predicti monasterii Sancti Martini, preter quam pro decimis nutrimentorum ovium intra septa dicti monasterii nutritorum seu nutriendorum; item pro pontenagio et winagio rerum ipsius monasterii, que ex parte ejusdem per pontem Tornacensem vel fluvium Scalde vehentur vel ducentur; item pro foragiis vinorum que ipsi abbas et conventus ement in Tornaco, sepedicti abbas et conventus solvent annis singulis in perpetuum, predictis decano et capitulo, novem libr. Turonensium, medietatem in festo beati Martini hyemalis, et aliam medietatem in Pascha subsequenti, ita quod amplius quisquam ab eis non exigat pro premissis, sed eos immunes esse volumus, et esse debebunt liberi ab eorum prestatione, mediante jamdicta pensione. Si tamen abbas et conventus prefati monasterii, dictas curtes de Froiania et de Warnavia, laicis vel aliis quibuscumque personis ad censam dederint sive firmam, dicti censuarii sive firmarii, de nutrimentis animalium que ibidem nutrierint, decimam integre solvere tenebuntur, presenti compositione, ordinatione vel arbitrio non obstante, nisi forsan abbas et conventus sepedicti monasterii, firmario seu censuario dictarum curtium, oves vel alia propria dederint nutrienda, quo casu ipsi abbas et conventus, de nutrimentis hujusmodi animalium, nichil nomine decime pro parte eos contingente solvere tenebuntur, sed a solutione hujusmodi decime immunes existent quantum ad partem suam, mediante pensione supradicta. Firmarii vero aut censuarii ipsarum curtium, a prestatione decime pro parte eos contingente, pretextu hujus compositionis, ordinationis, vel arbitrii non erunt immunes, sed decimam integre persolvent de sua portione. Si autem prenotati monasterii abbas et conventus ab aliis personis quibuscumque oves aut alia animalia receperint in ipsis curtibus nutrienda, a prestatione decime de parte eos contingente, mediante pretacta pensione, erunt liberi; sed hii a quibus oves vel alia animalia hujusmodi receperint nutrienda, de portione eos contingente, solvere integre decimam tenebuntur.

Dicimus insuper, statuimus et pronuntiamus quod si, procedente tempore, abbas et conventus monasterii sepedicti, infra parrochiam Beate Marie Tornacensis, vel parrochias ab ea decisas, videlicet Cherc. Calonne, Orka, Froiane, Marcaing, et alias parrochias Civitatis et suburbii Tornacensis, novas grangias sive curtes construxerint, ibique animalia nutrierint, pretextu hujus dicti nostri. arbitrii, statuti vel pronuntiationis, non poterunt se tueri a prestatione decimarum. sed integre solvent decimam de nutrimentis ovium, ceterorumque animalium inibi nutritorum. ac etiam de fructibus et aliis decimabilibus proventibus infra dictas grangias sive curtes. Et sciendum quod licet abbas et conventus prefati monasterii, a prestatione foragiorum de vinis que ad usum suum ement in Tornaco, liberi et immunes esse debent, mediante supratacta pensione, si tamen vina, per se vel per alios, in grosso vel per partes. infra districtum Civitatis Tornacensis vendiderint, foragia debita, sicut alii vina vendentes in Tornaco, canonicis ecclesie Tornacensis, de vinis hujusmodi venditis. solvere tenebuntur. Si vero de vino quod vendetur in Tornaco vel emetur ibidem, aut de rebus que vehentur vel ducentur per pontem Tornacensem, vel per fluvium Scalde, verisimiliter dubitetur an sint monasterii Sancti Martini antedicti, dicti abbas et conventus, juramento vel alio modo convenienti quod res hujusmodi ad eos pertineant, fidem facere debebunt dicte ecclesie Tornacensi vel ejus misso. Dicimus etiam, statuimus et ordinamus, quod si que littere, munimenta vel privilegia exstent, per que seu virtute quorum aliud vel plus peti posset, nomine decime predictorum locorum, quam per nos sit super premissis dictum sive arbitratum, aut ordinando pronunciatum, quod quantum ad hoc cesset virtus hujusmodi litterarum, munimentorum sive privilegiorum, et id solum, nomine decime in dictis locis provenientis, peti possit et petatur, quod secundum dictum nostrum, ordinationem vel compositionem, superius est expressum et notatum.

Insuper dicimus et pronunciamus quod dicti abbas et conventus, a vectura bladi seu fructuum provenientium de terra ecclesie Tornacensis apud Eram consistente, que terra Dos communiter nuncupatur, ad quam vecturam predicti decanus et capitulum dicebant supranominatos abbatem et conventum sibi teneri seu esse astrictos, immunes in posterum existant ipsos abbatem et conventum ab impetitione dictorum decani et capituli, quoad ipsam vecturam absolventes, salvo tamen eo quod idem abbas et

conventus, bladum de decima de Ere provenientem, ad domos canonicorum Tornacensium adduci faciant, prout hactenus consueverunt.

Ceterum, quia ecclesia Tornacensis predicta, pro quibusdam possessionibus suis, tenebatur prefato monasterio in redditibus et censibus annuis, videlicet : pro hala in foro sita, IIII fertones et dimidium argenti; item pro domo Nicholai Ruffi, in festo sancti Remigii XII d., in Nativitate VIII d. et IIII capones; item pro refectorio, XVIII d. Laudunensium; item pro domo quondam magistri Nicholai de Brugis, in festo sancti Remigii III d. et obolum Laudunensium; item pro domo que fuit quondam domini W... de Sancto Amando, canonici Tornacensis, quam modo magister Johannes de Muro inhabitat, in festo sancti Remigii IIII den. Laudunensium, in Nativitate X sol., in festo sancti Johannis X sol. Laudunensium; item pro duabus masuris Nicholaii Carpentarii ibidem, in festo sancti Remigii IX sol., in festo Pasche IX sol.; item pro masura Naimmeri ibidem existente, in Pascha III sol., in festo beati Bartholomei IIII sol. Laudunensium.

Dictum autem monasterium, pro quibusdam suis possessionibus, dicte ecclesie Tornacensis, ad usus cellarii et refectorii, in quibusdam redditibus et censibus tenebatur, videlicet : pro inferiori molendino de Maire, in festo sancti Remigii II sol. Laudunensium; item pro sex bonariis terre apud Tenre, in festo sancti Remigii II sol.; item pro terris que appellantur de Mauritania, in festo sancti Remigii III sol.; item pro duabus masuris ultra Scaldam Petri Putris oboli, in festo sancti Remigii XIIII d.; item pro domibus Letberti filii Lupi, in festo sancti Remigii X d., in Nativitate VI d. et IIII capones; item pro terris Radulphi Forastarii ultra Ries, in festo sancti Remigii VI d.; item pro hospitibus de Merdenchon, in festo sancti Remigii VI d., in Nativitate III d. II capones; item pro minuta decima curtis de Longasalice, in festo sancti Remigii II sol.; item pro quibusdam terris apud Gauraing, in festo sancti Remigii VI sol. VIII d. Artisiensium; item pro quarta parte unius orti apud Velvaing, I d. Laudunensium; item pro Everardo de Vinea, duas denariatas panis; item pro hospitibus Gosuini Buchiau in Rupe Malleorum, in festo sancti Remigii VI d., in Nativitate VI d. et II capones; item ibidem pro novis masuris, in festo sancti Remigii XVIII d., in Natali XVIII d. et II capones; item pro uno orto in vico as Pois, XII d. II capones; item ibidem, pro alio orto, tantumdem; item pro ecclesia de Warnave, II capones et IIII d.; item pro quibusdam terris ibidem, unum

quartarium frumenti et II raseras avene; item pro superiori molendino de Maire, in festo sancti Remigii III sol. Laudunensium, in Nativitate XXXVI sol. et X capones.

Et hinc inde relevia petebantur, ratione possessionum predictarum.

Nos, computatis predictis censibus et redditibus, habitaque consideratione ad supradicta et ad relevia que hinc inde petebantur, componendo, ordinando seu arbitrando, dicimus et pronuntiamus quod hujusmodi censuum, reddituum et releviorum, hinc inde fiat compensatio, et nos, quantum in nobis est, ea invicem compensamus, salvis redditibus et censibus si qui specialiter debentur prebendis predicte ecclesie Tornacensi, circa quos per hujusmodi dictum nostrum, compositionem, ordinationem vel arbitrium, nichil intendimus immutare.

Huic autem dicto, compositioni, statuto, ordinationi vel arbitrio, nos partes acquievimus, et compensationem de qua supratactum est inviam fecimus, ipsum dictum, compositionem, ordinationem, arbitrium seu statutum expresse approbantes et laudantes. Et ut premissa omnia et singula in futurum rata et inconvulsa permaneant, nos parte predicte reverendum patrem et dominum Tornacensem episcopum requisivimus, et adhuc requirimus eundem, quatinus premissa laudare et approbare dignetur, et sua pontificali auctoritate confirmare. In quorum testimonium presentes litteras sigillo nostro duximus consignandas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, sabbato scilicet in die Divisionis apostolorum.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 30; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 65.

872.

L'official de Tournai déclare que Walterus, fils d'Agnès Barat, a promis de délivrer à l'abbaye de Saint-Martin, sinon le pré à Kain que Jacques, chapelain d'Ere, son oncle, a légué à l'abbaye, du moins la valeur en argent de ce pré.

Samedi 15 juin 1280.

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia et in jure constitutus Walterus, filius quondam Agnetis dicte Barat, recognovit et confessus fuit quod Jacobus, olim capellanus de Era, avunculus suus, donavit et contulit monasterio Beati Martini Tornacensis quatuor vel circiter bonaria prati jacentis in territorio de Kayn, quod pratum emit idem capellanus a domino Johanne de Haudion, nunc milite, et quod idem capellanus dictum monasterium hujusmodi pratum habere voluit, et perpetuo libere possidere. Recognovit etiam dictus Walterus quod, predicto capellano defuncto, ipse Walterus ei successit, ut heres, et ejus debita et legata solvere tenetur. Promisit quoque dictus Walterus abbati et conventui predicti monasterii tradere et deliberare dictum pratum, bene et ad legem patrie, vel novies viginti libras Turonensium pro estimatione dicti prati solvere et reddere infra mensem postquam ex parte eorum super hoc fuerit requisitus; obligans se fide et juramento interpositis, ad solutionem dictarum novies viginti librarum vel traditionem et deliberationem prati sepedictis abbati et conventui faciendas, ut est dictum; promittens sub eisdem fide et juramento, quod si eum pratum sepedictum ipsis abbati et conventui tradere contingat, quod nec per se nec per alium faciet nec fieri procurabit per quod dicti abbas et conventus super ipso prato vel ejus possessione vexentur, molestentur, aut inquietentur in futurum; renuncians in premissis omnibus et singulis exceptioni doli mali, vis, metus, in factum, pecunie non numerate non solute, et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus per quas contra premissa venire posset, vel ea seu aliqua eorum impugnare; jurans quod contra premissa non veniet nec venire procurabit

ullo modo; concedens quod si contra venerit vel venire voluerit, quod nos ipsum ad desistendum, et ad observationem omnium et singulorum premissorum, per censuram ecclesiasticam compellamus, se et bona sua dictis abbati et conventui pro premissis observandis et implendis obligans, et nostre jurisdictioni supponens. In quorum testimonium, sigillum sedis Tornacensis presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, sabbato post Penthecosten.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original jadis scellé sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1034.

873.

Pierre, curé de Saint-Brice à Tournai, écrit à l'official de Cambrai que Jeanne, mère d'Evrard de le Vigne, et Maria, femme dudit Evrard, ont ratifié la vente de la mairie et de l'avouerie de Kain, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Evrard, leur fils et mari.

Juin 1280 [1].

Viro venerabili et discreto officiali Cameracensi, Petrus, presbiter Sancti Brictii Tornacensis, reverentiam debitam et devotam. et ad beneplacita et mandata se paratum.

Noverit vestra discretio, quod coram me a vobis ad ea que secuntur specialiter deputato, personaliter constitute domicella Johanna, mater Evrardi de Vinea, filii quondam Nicholai de Vinea, parrochianorum de Kayn. et Maria, uxor dicti Evrardi, mentum suarum compotes, secundum

[1] La date de cette charte, que nous ne connaissons que par une copie à peu près contemporaine du document, est nécessairement fautive. On peut supposer que l'original portait soit *quarto die*, soit *feria quarta*. Dans le premier cas notre charte est du 27 juin; elle est dans le second cas du 26 juin 1280.

usum et consuetudinem patrie, etatis legitime, recognoverunt et confesse fuerunt se et dictum Evrardum bene et legittime vendidisse abbati et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, majoriam de Kayn, quam ab eisdem abbate et conventu dictus Evrardus tenebat in feodum, et omnia ad dictam majoriam pertinentia, exceptis manso ipsius Evrardi, aquis, terris, et pratis spectantibus ad ipsum mansum, excepta etiam illa et tali justicia quam et qualem antea habebat idem Evrardus in dictis manso, aquis, terris et pratis. Item recognoverunt se et dictum Evrardum bene et legittime vendidisse eisdem abbati et conventui, totam advocatiam de Kayn, quam ab eisdem abbate et conventu tenebat dictus Evrardus in feodum, et omnia ad dictam advocatiam spectantia. Recognoverunt etiam et confesse fuerunt quod ipsi Evrardus, Johanna et Maria, dictas advocatiam et majoriam, et omnia ad ejusdem pertinentia, et quicquid juris in eis habebant vel habere poterant ullo modo, preter ea que superius expressa sunt, resignaverant et werpiverant ac effestucaverant bene et ad legem patrie, ad opus dictorum abbatis et conventus et sui monasterii predicti, et quod dicti abbas et conventus de predictis erant bene et ad legem adheredati, et per judicium judicatorum competentium, ita quod nichil habebant dicti Evrardus, Johanna et Maria in eisdem bonis, preter ea que superius sunt excepta. Confesse sunt insuper quod hujusmodi venditio, werpitio, effestucatio, resignatio et adheredatio facte fuerunt interveniente certo et justo precio, videlicet octies viginti libr. Turonensium, de quibus eis ex parte dictorum abbatis et conventus extitit competenter satisfactum, et que in utilitatem suam totaliter sunt converse, ut confesse sunt coram me. Promiserunt autem dicte Johanna et Maria, sub fide et juramentis a se corporaliter prestitis, quod contra predictas venditionem, werpitionem, resignationem et adheredationem, per se vel per alios non venient nec venire procurabunt in futurum, et quod in hujusmodi majoria et advocatia, et in pertinentibus ad ea, preterquam in manso, aquis, terris, pratis, et justicia in eisdem manso, aquis, terris et pratis, illa et tali que et qualis predicta, nichil juris in posterum reclamabunt, nec artem vel ingenium querent, vel quesito utentur, per que dicti abbas et conventus super premissis vel aliquo premissorum vexentur, turbentur aut molestentur. Quinimmo, promiserunt eosdem abbatem et conventum hujusmodi vendita habere licere; renunciantes quantum ad premissa omnia et singula,

sub suis fide et juramentis, exceptioni doli mali, vis, metus, in factum, deceptionis ultra dimidium justi precii, peccunie non numerate non solute, beneficio dividendarum actionum, beneficio nove constitutionis de duobus reis et alterius constitutionis novende fidejussoribus, omni juri quod eis in premissis, ut predictum est, venditis, ratione dotis, dotalisii, donationis propter nuptias, usus habitationis, ususfructus, aut quavis alia ratione competebat vel competere poterat, omni statuto et consuetudini patrie, privilegio dotis, et omnibus exceptionibus et defensionibus per quas contra premissa venire possent seu ea vel aliqua eorum impugnare; concedentes quod si contra premissa vel aliqua premissorum venerint vel venire voluerint, quod vos ipsas ad desistendum et ad observationem premissorum, per censuram ecclesiasticam compellatis, et coram me a vobis ad hec audienda et recipienda deputato, et vestra auctoritate fungente, se et suos heredes ac bona sua dictis abbati et conventui pro premissis observandis obligarunt coram me, et vestre juridictioni supposuerunt, discretionem vestram requirentes, et rogantes quatinus super premissis publicum instrumentum conscribi, et sigillo palatii Cameracensis sigillatum predictis abbati et conventui tradi faciatis.

Datum anno Domini M° CC° octogesimo, quarto [die] post Nativitatem beati Johannis Baptiste.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 45.

874.

L'official de Cambrai approuve la vente de la mairie et de l'avouerie de Kain, faite à l'abbaye de Saint-Martin par-devant le curé de Saint-Brice, délégué par lui pour la conclure, et prend les mesures voulues pour faire respecter cette vente par Jeanne et Maria, respectivement mère et femme du vendeur, Evrard de le Vigne.

Mercredi 4 septembre 1280.

Universis presentes litteras inspecturis officialis Cameracensis salutem in Domino.

Noveritis quod coram dilecto et fideli nostro Petro, presbitero Sancti Brictii Tornacensis, ad hoc a nobis specialiter deputato, personaliter constitute domicella Johanna, mater Evrardi de Vinea, (etc. *Mutatis mutandis, cette charte est identique à la précédente ; cependant les dernières lignes diffèrent; les voici :*)

. . . Nostre juridictioni supponentes, prout de premissis omnibus et singulis, per litteras ejusdem presbiteri super hoc confectas, nobis directas, et hiis presentibus annexas, quibus fidem in premissis omnimodam adhibemus, nobis constat evidenter. Et nos premissa omnia et singula coram dicto presbitero recoguita, premissa et concessa, ac si in presentia nostri et in jure facta fuissent, ratificamus, approbamus, et tenore presentium, quantum in nobis est, nostra ordinaria auctoritate confirmamus. Et vobis, omnibus et singulis presbiteris et capellanis civitatis et dyocesis Cameracensis, precipiendo mandamus ita quod, in hiis exequendis, unus vestrum alium vel alios non expectet quatinus moneatis predictas Johannam et Mariam, ut premissa omnia et singula, prout superius scripta sunt et narrata, teneant, faciant et observent. Quod si non fecerint, et in premissis aut aliquo eorum defecerint, aut contra premissa vel eorum aliqua venerint aut venire voluerint, ipsas quociens opus fuerit, et pro quolibet defectu premissorum, excommunicetis sine alterius expectatione mandati, et quid inde fecerint nobis rescribatis.

Datum anno Domini M°. CC°. octogesimo, feria quarta ante Nativitatem beate Virginis, mense septembris.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 57 ; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 47 ; *Ibidem,* Cartulaire 132, p. 1052.

[1] Le mauvais état de cet original ne nous a pas permis de l'utiliser.

875.

L'official de Tournai constate la vente faite à l'abbaye de Saint-Martin par Willaume de Quarte et Maria, sa femme, des six bonniers de terre à Quarte qu'ils tenaient à cens du chevalier Gilles de Chin.

Samedi 7 juin 1281.

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod in nostra presentia constituti Willelmus de Quarta et Maria, ejus uxor, recognoverunt se bene et legitime vendidisse ecclesie Sancti Martini Tornacensis, sex bonaria terre sue que tenebatur a domino Egydio de Chin, milite, tenenda perpetuo sub annuo censu, videlicet sub censu duorum alborum, predicto militi singulis annis solvendo, et se tradidisse et induxisse, seu fecisse induci dictam ecclesiam in possessionem dicte terre, cujus quatuor bonaria vel circiter jacent apud Quarte, ad locum qui dicitur à le Wandiele, et bonarium et dimidium vel circiter apud Quarte, ad locum qui dicitur à l'Ausnissiel. Promiserunt autem dicti conjuges coram nobis, quod contra dictam venditionem per se vel per alium non venient nec venire procurabunt; quinimmo dictam terram et fructus ejusdem garandisabunt predicte ecclesie adversus quoscumque, et facient et fieri curabunt quod dicta ecclesia ipsam terram perpetuo pacifice possidebit; promittentes eandem ecclesiam habere licere dictam terram. Promiserunt insuper quod si in mora fuerint premissa faciendi, curandi vel procurandi, aut si contra predictam venditionem venerint vel venire procuraverint, seu jus in dicta terra reclamaverint, quod ipsi dicte ecclesie centum libras Parisiensium nomine sui interesse solvent et reddent. Et ad hec omnia que premissa sunt firmiter tenenda et implenda, se et quemlibet ipsorum in solidum sub suis juramentis obligarunt coram nobis, bona sua omnia presentia et futura ubicumque consistentia dicte ecclesie similiter pro premissis obligantes. Confessi sunt etiam se dictam terram vendidisse justo precio, sibique de eodem precio esse satisfactum, et illud in communes eorum utilitates esse conversum. Et renuntiaverunt sub suis fide

et juramentis exceptioni doli mali, vis, metus, in precium, pecunie non numerate non solute, nove constitutioni de duobus reis, et omnibus aliis defensionibus et exceptionibus per quas contra premissa venire possent, vel ea aut aliqua eorum impugnare. Preterea dicta Maria, sub suis fide et juramento, specialiter et expresse renuntiavit omni juri quod sibi competebat vel competere poterat in terra predicta, ratione dotis vel dotalisii aut assignamenti, ususfructus, usus aut alia quacunque ratione vel causa. Et concesserunt tam dictus Willelmus quam ejus uxor predicta, quod si contra dictam venditionem venerint, vel jus in terra predicta reclamaverint, seu premissa vel aliqua eorum non impleverint, quod nos ipsos de plano et sine strepitu ad ea observanda, tenenda et implenda, aut ad solutionem centum librarum predictarum, prout ex parte dicte ecclesie super hoc fuerimus requisiti, per censuram ecclesiasticam compellamus, se et bona sua nostre jurisdictioni supponentes, exceptioni fori, oblationi libelli, litis contestationi, et omni sollempnitati et ordini judiciali, atque constitutioni de duabus dietis, sub suis fide et juramentis renunciantes. In quorum testimonium, presentes litteras sigillo sedis Tornacensis duximus sigillandas.

Datum anno Domini M°. CC°. LXXX°. primo, sabbato ante Trinitatem.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 125, p. 131.

876.

Gilles, seigneur de Chin et de Germignies, ratifie la vente de six bonniers de terre à Quarte, faite à l'abbaye de Saint-Martin par Willaume de Quarte, son homme de fief.

Juillet 1281.

A tous cheaus ki ces présentes lettres veront et oront, jou Gilles, sires de Chin et de Ghiermigni, chevaliers, salus en Nostre Segneur.

Je vous fac asavoir ke comme Willaumes de Quarte, mes hom de fief, venist à mi et à Huon le Pucre, me justice, en le présensce de mes homes

de fief, c'est asavoir : Grart dou Carnoit, Grart de Duremès, Thumas Lacrois, et Mikiel Espavaut, et me priast et requisist que jou, sis bonniers de terre pau plus pau mains, liquel gisent en le paroche de Quarte en deus pièces, c'est asavoir : quatre bonniers et demi el camp c'on dist à le Waudiele, et bonier et demi el camp c'on dist à l'Ausnissiel, volsisse oster del fief qu'il tient de mi à Quarte, et de tous siervices de fief, et mettre à cens et ahireter le glise Saint Martin de Tournai, à qui il avoit vendu bien et loiaument celle terre, pour ciertaine somme de deniers, par propre besoigne et par grant nécessité Willaume men home devant dit; jou à le priière celui Willaume ostai, si com je duc par loi et par le coustume dou païs, ces sis boniers de tiere dou fief k'il tient de mi à Quarte, et tous siervices de fief, et les mis en le présensce de mes homes devant nommés les VI boniers à deus deniers blancs de cens à mi à rendre cescun an. Et en fesimes tant, jou et Willaumes devant dis, ke mi home devant nomet disent et jugièrent par loi, à le semonse et au conjurement de me justice, que tant en aviemes fait ke li VI bonier de tiere deseure dit estoient bien et à loi ostet de fief, et de toutes coses ki fief sauourer pooient u devoient, et ke bien en estoit faite tiere censens. Et ce recordèrent mi home devant dit à mes eskievins de Ghiermigni, c'est asavoir : à Willaume Eskinkreniel, à Andrin de Pont, à Gillion dou Markais, à Biernart Hargier, à Thumas de Haimasure, et à Sohier le Quaret; liquel eskievin disent et jugièrent, à le somonse de me justice, que selonc le recort k'il avoiet eut de mes homes, li sis bonier de tiere estoient tiere censens, et ke jou ki les avoie en me main, en pooie bien et à loi ahireter le glise devant dite.

Et quant ces coses furent ensi faites et reconneutes, Hues li Pucres, comme justice de par mi et en men non, et à le requeste Willaume devant dit, en le présensce de mes eskievins, ahireta bien et à loi dant Watier de Condet, aumousnier de Saint Martin de Tournai, el non de le glise, des sis boniers de tiere devant dis, parmi II deniers blans de cens à mi à paiier et à men oir, pour les VI boniers de tiere à Ghiermigni, cescun an à le saint Rémi, en tel manière ke se li église en deffaloit, li cens de l'anée doubleroit, ne autre amende ne autre droiture ne puis jou demander à le tiere devant ditte. Et en fu tant fait ke mi eskievin disent et jugièrent par loi, à le semonse de me justice, ke li église Saint Martin de Tournai en estoit bien et à loi ahiretée, et cil Willaumes bien et à loi deshiretés, et ke c'estoit boins hiretages le glise Saint Martin devant ditte.

Et est asavoir ke medame Maroie de Quarte, mère celui Willaume, de l'autorité Robiert de Meurehaie, ki à se requeste li fu donnés à avoés, quant à cesti besoigne faire par devant mes homes devant dis, a quitté et quitte clamet entirement et absoluement tout le droit ke elle avoit, u avoir devoit u pooit, en le tiere devant ditte, par raison de douaire, d'assenement, de don pour mariage, ne par nule autre cause, et promist par foit fianchié et par sairement, et cil Robiers comme avoés, ke jamais droit ne clamera en le tiere devant ditte, art ne engien, cause, matère, occoison, ne querra par li ne par autrui par coi li église devant ditte soit sour ces coses grevée, empechié, travellié ne molestée. Et pour le plus grant seurté à avoir, le glise devant ditte cil Willaumes, en le présensce de mes homes et de mes eskievins, a enconvent et proumis par foi fianchié et par sairement, à warandir à le glise devant ditte perpétuelment les vi boniers de tiere deseuredis, et les pourfis, encontre toutes persones ki droit i volroient clamer, et de toutes exactions, et de toutes coses ki poroient empeechier les convenences devant dittes; et a proumis à rendre à le glise tous cous, tous frais et tous damages ke li église aroit en l'occoison de ces coses; et en a obligiet à le glise devant ditte, par men gret et par men otroi, et en le présensce de mes homes, le moitiet del fief k'il demeure tenans de mi, et tous les pourfis de celle moitiet pour l'aquitance, jusques adont ke li église seroit solse et paiiè de tous ses cous, de tous ses frais et de tous ses damages, sauves et sauvées en toutes coses toutes les droitures ke jou ai, u doi u puis avoir, par droit et par loi, en celle moitiet de fief ki ci est oblegié. Et jou, en le présensce de mes homes et de mes eskievins devant només, ai obligiet et oblige mi et mes oirs à faire tenir et à warandir à le glise toutes ces coses comme boins sires, sans mal engien. Et pour chou ke ce soit ferme cose et estavle, jou ai ceste présente carte fait saieler de men propre seel, et donnée à le glise devant ditte.

L'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. et quatre vins et un, el mois de fenerech.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 15; original scellé en cire brune, sur lacs de soie rouge [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 125, p. 125.

[1] Il est à peu près impossible maintenant d'utiliser cet original.

877.

L'évêque de Cambrai approuve l'échange de la dîme de Lierde-Saint-Martin, fait par les proviseurs de l'église de Lierde, contre cinq bonniers de terre appartenant à l'abbaye de Saint-Martin à Zolemare.

Samedi 20 décembre 1281.

Universis presentes litteras inspecturis, Ingerrannus, Dei gratia Cameracensis episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod cum provisores ecclesie de Lierda Sancti Martini, Cameracensis dyocesis, ex una parte, necnon religiosi viri abbas et conventus monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, ex altera, de decima quam habebat eadem ecclesia de Lierda, et quinque bonariis terre arabilis sitis in loco qui dicitur Zolemare, que quinque bonaria terre habebat ecclesia Sancti Martini Tornacensis in parrochia et territorio de Lierda, permutationem ad invicem fecerunt pro utilitate utriusque ecclesie; ita videlicet quod dicta decima, quanta et qualis est ad presens, et erat tempore permutationis predicte, facte ut dictum est ecclesie seu monasterio Sancti Martini Tornacensis, et dicta quinque bonaria terre, ecclesie de Lierda debeant ex causa permutationis predicte perpetuo integraliter remanerę. Nos attendentes, per inquisitionem de mandato nostro super hoc factam, dictam permutationem utrique ecclesie esse bonam et fructuosam, et factam esse pro utilitate evidenti utriusque ecclesie, ipsam permutationem laudamus, approbamus, gratam et ratam habemus, et eam auctoritate nostra ordinaria confirmamus. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum sabbato ante festum beati Thome apostoli, anno Domini M° CC° LXXX° primo.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 202.

878.

Le seigneur d'Ere vend à l'abbaye de Saint-Martin un demi-quartier de pré à Chercq, et autorise ladite abbaye, moyennant une redevance annuelle de vingt sous Parisis par charrette, à employer trois charrettes pour transporter les pierres de ses carrières.

Mardi 14 avril 1282.

Jou Jehans, sires d'Ere, chevaliers, fac savoir à tous ke jou ai vendu bien et loiaument, à l'abbé et au convent de Saint Martin de Tournai, demi quartier de pret pau plus pau mains, ke jou avoie à Saint Andriu de Cherc, sour Escaut, encontre les rokes Saint Martin devant dit, et leur ai proumis et promec par ces présentes lettres, ke jou lor afaiterai le markiet ke çou iert lor boins hiretages; et sour çou li abbes devant dis m'a prestet x lb. de Paresis, et délivré en seke mounoie loial et bien contée, en tel manière ke quant jou arai le markiet afaitiet. et tant fait et pourkaciet u procuret ke ce sera boins hiretages de l'église, jou doi iestre quites des x lb. devant dis. Et se jou ne poie le markiet afaitier, ensi ke dit est, jou promech et ai enconvent à l'abbé devant dit, comme loiaus chevaliers, à rendre et à paiier les x lb. devant dites, deuens xv jours ke li abbes u li prouvos de l'abbeie m'en soumonroit.

Et parmi tant je wel et otrie k'il puissent kariier et faire kariier les pieres de lor roke à III karettes u plus, ensi com il soloient, et faire rivage sor Escaut paisivlement, parmi tant qu'il me feront rendre u renderont chescun an, pour chescune karette, xx s. de Paresis, à tes termines c'on les soloit paiier. Toutes ces convenences, ensi com eles sont deseure devisées, jou lor ai enconvent à warandir et à tenir. Et s'il en avoient cous, frés u damages par men occoison, jou lor en ai enconvent à rendre au simple dit l'abbé, sans autre prueve, loiaument et sans contredit, el tiesmoignage de ces présentes lettres ke jou lor ai données saielées de men saiel.

L'an de l'incarnation M. CC. quatre vins et deus, el mois d'avril, le demars apriès Misericordia Domini.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 134.

879.

Les doyen et chapitre de Saint-Pierre de Laon amortissent en faveur de l'abbaye de Saint-Martin, moyennant payement par elle d'un cens annuel, une maison à Vaux-sous-Laon qui avait appartenu à Thierry de l'Orme.

Juillet 1282.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Beati Petri in Foro Laudunensi salutem in Domino.

Noveritis quod nos, pensata utilitate ecclesie nostre, concedimus plene et irrevocabiliter religiosis viris abbati et conventui Sancti Martini Tornacensis, quod ipsi religiosi teneant et possideant pacifice et quiete in manu mortua quandam domum sitam in villa de Vallibus subtus Laudunum, in dominio et trefundo nostro, que quondam fait Therrici de Ulmo, ita quod ipsi persolvant ecclesie nostre quatuor solidos bone monete annui recti census assignatos super eadem domo. Et si contingeret dictos religiosos dictam domum in alium transferre quoquo modo, nos in ea retinemus totam jurisdictionem et compulsionem extra manum ponendi sicut antea habebamus. Et tamen dum ipsi eam tenebunt, nos in ea habemus justiciam arrestandi, capiendi, et cetera ad justiciam faciendi que debet habere in suo dominio dominus temporalis. Et nos super dicta concessione dictis abbati et conventui legitimam portabimus garandiam contra omnes juri et justicie parere volentes. Dicti vero religiosi nobis in recompensationem premissorum dederunt decem solidos Parisiensium et unum caponem annui redditus, assignatos super quandam domum sitam in villa de Vallibus, ex opposito grangie et cellarii nostri; que domus quondam fuit Johannis dicti Pelerin, contiguam ex una parte domui quondam domini Radulphi, et ex alia parte contiguam domui quondam Evrardi dicti Mausacret, et ex parte anteriori calceie publice, cum toto porprisio ejusdem retro, cum grangicula retro posita; cedentes et in nos totaliter transferentes omne jus quod habebant in predictis redditu decem solidorum et unius caponis, et domo que fuit Johannis Pelerin, toto ejus porprisio et grangicula retro posita.

Dicti vero abbas et conventus nobis super dictis decem solidis et uno capone annui redditus legitimam portabunt garandiam contra omnes juri et justicie parere volentes. Premissis autem mediantibus, nos predictos religiosos quitamus de omnibus sumptibus, litibus, dampnis, penis, rixis et discordiis habitis inter nos et ipsos religiosos, patentes seu latentes. In quorum testimonium presentes litteras dictis religiosis tradidimus sigillo nostri capituli sigillatas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, mense julio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 76; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune.

880.

Guy de Châtillon, comte de Saint-Pol, approuve la vente qui a été faite à l'abbaye de Saint-Martin par Baudouin de Mortagne, de tous les biens et droits qu'il tenait à Kain lez-Tournai de son frère, le châtelain de Tournai Jean de Mortagne.

Mardi 28 juillet 1282.

Nous Guis de Chasteillon, cuens de Saint Pol, faisons savoir à tous, ke nos foiables Jehans, jadis sires de Mortagne et chastelains de Tournai, douna à Bauduin sen frère, en parçon de tiere, houmages, justices, droitures et autres biens k'il tenoit avoec autres choses de no cier frère Jehan de Chasteillon, jadis conte de Blois, en fief, en le vile et où tieroir de Kain, encosté Tournai, et en fu Bauduins devant dis hom au chastelain deseure noumé. Lidis Bauduins ces houmages, justices, droitures et les autres biens ki dounet li estoient, vendi à l'église Saint Martin de Tournai, et en fu desiretés et li glise hiretée par le devant dit chastelain et ses houmes, si k'il est contenu en le chartre ke li glise en a, saielée des saiaus le devant dit

chastelain, et se femme, et Bauduin deseure noumet; et del remanant del fief demoura li dis chastelains hom à no chier frère devant dit, et en est encore ses hoirs nos hom del sourplus dou fief deseure noumet. Et nous Guis, cuens de Saint Pol deseure dis, pour ce ke nous soiiens parçounier as biens ke on fait en le glise de Saint Martin deseure noumée, loons et gréons toutes ces choses, et i metons nos assens, et avons enconvent comme sires à sauver et à warandir, et à faire porter paisivle à l'église devant dite, envers tous houmes, les biens deseure dis ki vendu li sont, si ke deseure est dit, si avant que lois et drois dira. Et pour çou ke ce soit ferme chose et estavle, et ke nus tors n'en soit fais à l'église de Saint Martin deseure dite, si en avons nous douné à l'abbé et au couvent ceste présente chartre seelée de nostre seel, l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Mil CC. IIII^{xx} et II, le mardi après le feste saint Cristofle.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé en cire blonde, sur laes de soie rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 44; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1040.

881.

Guy de Châtillon, comte de Saint-Pol, s'oblige, moyennant cent soixante livres Tournois, à garantir à l'abbaye de Saint-Martin la paisible jouissance de tous les biens et droits qu'elle a acquis de Baudouin de Mortagne à Kain lez-Tournai.

Mardi 28 juillet 1282.

Nous Guis de Chastellon, coens de Saint Pol, faisons savoir à tous ke nous avons mis no assens au vendage ke Bauduins de Mortagne, frères Jehan jadis chastelain de Tornai, fist à l'église Saint Martin de Tournai de biens ki gisent en le vile et el tieroir de Kain, ki de sen frère devandit li estoient donet en parçon de tiere, et avons reçeut de l'église Saint Martin devant dite VIII^{xx} lib. de Tournois, ki délivré sunt à no commandement en

bone monoie, et tournet en no proufit. Et nous avons enconvent et prometons à warandir à l'église deseure dite ces biens. Et se nous ne leur warandisons, nous somes tenu de rendre à l'église tous les VIII^{xx} livres sans nul descont, dedens les deus ans ke nous ne lor warandiriemes. Et à çou faire et tenir, obligons nous nous et nos biens et nos hoirs, el tiesmognage de ces présentes letres, que nous avons données à l'église devant dite seelées dé no seel, l'an de l'incarnation Mil CC. IIII^{xx} et deus, le mardi apriès le saint Cristofle.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 36; original scellé en cire blonde, sur lacs de soie rouge [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 44; *Ibidem,* Cartulaire 132, p. 1037.

882.

Rasse de Liedekerke, seigneur de Boulaere, et sa femme Alice, s'accordent avec l'abbaye de Saint-Martin au sujet de leurs droits respectifs à Over-Boulaere et à Goefferdingen.

Mardi 12 janvier 1283.

Jou Rasses de Liedekierke, chevaliers, sires de Boulers, et jou dame Alis, se feme, faisons savoïr à tous cheaus ki ces lettres veront et oront, ke débas estoit entre nous, d'une part, et l'abbé et le couvent de Saint Martin de Tornai, d'autre part, de çou k'il disoient k'il devoient et pooient leur hostes et leur tenavles, k'il ont à Haut Boulers et à Goutferdinghes, justicier par aus u par leur sergant, et par leur hostes et leur tenavles, et prendre et lever leur rentes et leur cens, leur reliés, leur entrées, leur issues, et aïreter et desireter des iretages c'on tient d'eaus, ès parroches et ès tierois de Haut Boulers et de Goutferdinghes, et panner pour lor défautes de lor

[1] Il n'est plus possible d'utiliser cet original, dont toute la première partie est complètement gâtée.

droitures; et nous disiemes encontre k'il n'i devoient ne pooient avoir ne sergant ne justices, ne autre chose nule ke leur rente sans plus, et ke tout çou ki eskeoit à faire, on le devoit faire et maniier par nos eskievins de Haut Boulers; à le pardefin, nous fesismes enquerre par boines gens de lor droiture, et tant en avons apris ke nous connissons bien et volons k'il aient leur sergant, ensi k'il soloient, et k'il manient et facent lor besognes par leur sergant et par leur hostes et lor tenavles, si ke leur rentes, leur cens, leur reliés, leur entrées, leur issues et leur droitures, et k'il puissent desireter et aïreter par leur hostes et leur tenavles, et panner pour défautes de lor droitures; par manière, se lois u amendes i eskeoient par le raison des pans u des défautes c'on ne leur paiast au jour c'on doit, les rentes, les lois, et les amendes seroient à nous. Et s'il avenoit c'on leur tolist u efforçast leur pans u leur droitures k'il doivent avoir, et il en traioient à nous, nous leur feriemes avoir leur rentes et leur droitures, et les amendes de le force seroient à nous. Apriès nous volons bien et otrions k'il facent hostes jurés, par qui il manieront leur choses. Et volons et otrions ke çou c'on fera par aus ki juré seront, u par le plus grant partie d'aus, soit tenu ferme et estavle, sans rapel. Toutes ces choses, ensi com eles sont en ceste chartre contenues et escrites et devisées, nous les avons enconvent à tenir et warder à tous jours, et obligons nous et nos hoirs à tenir et faire tenir à l'église Saint Martin devant dite paisivlement. Et pour çou ke nous volons ke ceste chose soit ferme et estavle, si leur en avons nous ceste présente chartre saielée de nos propres saiaus.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Segneur Jhésu Crist M. CC. quatre vins et deus ans, le demars apriès le Tiephane, el mois de jenvier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 201.

883.

Hues de Maulde, chevalier, ajoute un bonnier et demi de terre aux biens donnés par son père à la chapellenie fondée par lui à Maulde, paroisse ressortissant à l'abbaye de Saint-Martin, et promet de garantir à cette chapellenie la libre jouissance de tous ses biens.

Dimanche 25 juillet 1283.

Jou Hues de Maude, chevaliers, fas savoir à tous ke mes chiers pères, jadis Hues de Maude, chevaliers, estora une capelerie à Maude, en sen manage, où patronage de l'église Saint Martin de Tournai, perpétuelment à desiervir, et douna de ses biens à chele capelerie vii boniers et demi de tiere u là entour, gisans où tieroit de le capiele, au liu c'on dist à Bouchaut, et viii rasières et demie d'avaine, et xx capons et xxiiii d. et demi de rente par an, c'on li devoit en ce meisme liu, et un bounier de tiere et l capons de rente par an c'on li devoit ès parroches de Leupenghem et de Ettinchove, et doa mes pères le capelerie devant dite de ces biens, avoec iii quartiers de tiere u là entor, gisans en le parroche de Maude, au liu c'on dist à le Haie à Maude, ke jadis Jehans de Rassencamp donna et laissa à le dite capelerie à tenir perpétuelment.

Et jou Hues de Maude, ki sui fils et hoirs à men chier père devant dit, et pour aemplir se volentet, ai donnet et laissiet en acroissement de le capelerie devant dite, et pour çou k'ele soit souffissans, bounier et demi de tiere, pau plus pau mains, gisans en celi meisme parroche de Maude, au liu c'on dist à Mansart, et en est li capelerie devant dite ahiretée bien et à loi souffissaument à tenir perpétuelment. Et pour chou ke li capelains ki siervira en celi capelerie ne soit des biens devant dis, u d'aucuns d'aus, d'ore en avant travelliés ne destourbés, j'ai enconvent et proumach ke jou ces biens deseure dis warandirai à le dite capelerie, et ferai le capelain ki siervira pour le tans en cele capelerie porter les porfis de ces biens, paisivlement à men pooir. Et à chou oblige jou mi et men oir, el tiesmougnage de ces présentes lettres, ke jou en ai données saielées de men saiel, l'an de

l'incarnation Nostre Signeur M. CC quatre vins et trois, le diemence apriès le fieste de le Magdelaine.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 67.

884.

L'évêque de Cambrai approuve la fondation d'une chapellenie à Maulde, faite par le chevalier Hues de Maulde, et dédiée à Saint-Martin.

Samedi 4 septembre 1283.

Universis presentes litteras visuris. Ingerramus, Dei gratia Cameracensis episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverint universi quod vir nobilis dominus Hugo, quondam dictus de Malda. miles, ob remedium anime sue et predecessorum suorum, ad opus cujusdam capellanie in capella managii sui de Malda instituende seu fundande. quedam certa bona contulit et assignavit, videlicet : septem bonaria et dimidium ac septuaginta virgatas terre arabilis. site in territorio de Capella juxta Luthosam, ad locum qui dicitur à Bouchaut; item octo raserias et dimidiam avene ad mensuram Tornacensem; item viginti capones, duos solidos et dimidium alborum annui et perpetui redditus capiendos et habendos in loco predicto: item unum bonarium terre arabilis, situm in parrochia de Attinchove; item quinquaginta capones annui et perpetui reditus, qui predicto militi debebantur annuatim in parrochiis de Attinchove et de Luppenghem; item tria jornalia terre arabilis sita ad locum qui dicitur à le Haye de Maude. que fuerunt quondam Johannis de Rassencamp; item dominus Hugo de Malda, miles, filius et heres militis predicti, contulit similiter et assignavit ob remedium anime sue, in augmentum dicte capellanie, unum bonarium et dimidium terre arabilis vel circiter. site in parrochia de Malda, ad locum qui dicitur Mansart.

Nos igitur, facta inquisitione diligenti de bonis predictis, donatione, concessione, assignatione, mortificatione et valore eorumdem, reperimus per

inquisitionem predictam super hoc legittime factam, esse valoris annuatim quindecim libr. duorum solid. et unius oboli Turonensium, una cum sex den. Turonensium, ac donata, concessa et assignata competenter, necnon bene et legittime secundum legem, usum et consuetudinem patrie sive loci, in quibus consistunt ab illis a quibus dicta bona tenebantur mortificata, ad opus capellanie predicte perpetuo remansura. Propter quod dictam capellaniam dictis bonis competenter dotatam, in dicta capella dicti managii apud Maldam, in honore Beati Martini confessoris, de consensu pariter et assensu patroni dicti loci, instituimus et fundamus, et eam auctoritate nostra pontificali confirmamus. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Les prévôts, les jurés et toute la commune de Tournai, en échange des moulins de Plouvier et du Fossé, situés dans la Cité de Tournai et appartenant à l'abbaye de Saint-Martin, s'engagent à payer chaque année à cette abbaye une rente de trente livres Tournois.

Mai 1292.

Universis presentes litteras inspecturis, prepositi, jurati, totaque communia Civitatis Tornacensis salutem in Domino.

Cum viri religiosi abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis haberent in Tornaco, in parochia Sancti Jacobi, unum molendinum ad aquam dictum de Plouviers, et aliud molendinum ad aquam in parrochia Beate Marie Tornacensis, in vico de Fossato, contiguum porte in finibus dicti vici de Fossato existenti, que molendina erant ruinosa, modici precii, et dictis abbati et conventui in fructibus seu redditibus aut proventibus ac valoribus parum valentia, et nos occasione seu ratione firmitatis dicte Civitatis nostre, et pro utilitate publica Civitatis, muros et turres edificari fecerimus, per quos predicta molendina in tantum pejorata erant ac etiam impedita, quod parum eisdem abbati et conventui in fructibus seu redditibus aut proventibus ac valoribus nunc reddebant aut valebant, seu de certo reddere poterant aut valere, et nos nolebamus nec volumus quod per factum nostrum predicti abbas et conventus, nec eorum ecclesia, dampnum incurrerent aut incurrere viderentur; noveritis quod nos conventiones infrascriptas erga prefatos abbatem et conventum inivimus, et ipsi vice versa nobis convenciones fecerunt subsequentes, scilicet quod ipsi, de eorum communi assensu, eorumque capitulo propter hoc congregato, adhibitis omnibus sollempnitatibus de jure et consuetudine in talibus adhibendis, ac de prudentum consilio, maxime pro evidenti utilitate ipsorum, necnon ecclesie Sancti Martini predicte, dicta duo molendina in manus nostras reportaverunt, et nos in possessionem induxerunt, ac nos de dictis duobus molendinis adherederari fecerunt bene et ad legem scabinatus Civitatis

Tornacensis, necnon de eisdem molendinis, nomine et ad opus nostri, bene et sufficienter abstulerunt manus suas, ac nobis deliberaverunt bene et sufficienter, ad tenendum et possidendum hereditarie, ut dictum est, necnon importandum et percipiendum, ac etiam faciendum voluntatem nostram de omnibus fructibus seu redditibus aut proventibus ac valoribus molendinorum predictorum, maxime dominium, et quicquid juris in dictis molendinis habebant et habere poterant, in nos totaliter transtulerunt. Et hec omnia facta sunt bene et sufficienter, ut dictum est, ratione seu occasione et ex causa permutationis seu legittime recompensationis, videlicet triginta librarum Turonensium annui et perpetui redditus, aut terrarum triginta libras Turonensium, quolibet anno, secundum communem estimationem, valentium; quas triginta libratas annui redditus, aut quam terram dicti valoris, nos nomine et ad opus eorumdem abbatis et conventus, ac eorum ecclesie Sancti Martini, etiam infra limites seu districtum predicte Civitatis nostre, extra tamen muros ejusdem, nisi ipsi de eorum communi assensu extra dictos limites vel districtum vellent acceptare, tenemur eisdem acquirere, et in manus eorumdem bene et ad legem propter hoc reportare seu reportari facere, et eos in possessionem inducere aut induci facere, ac adheredari facere libere et absolute, excepta justicia temporali etiam nomine eorum ecclesie supradicte; hoc adicto quod nos tenemur prefatis abbati et conventui, ac ecclesie eorum predicte, in triginta libris Turonensium annui redditus, duobus terminis quolibet anno a nobis persolvendis, videlicet medietatem in festo beati Remigii in capite octobris, et aliam medietatem infra Pasca Domini. quousque premissa de dictis triginta libris terre fecerimus cum effectu. Quas inquam triginta libratas Turonensium, sive quam terram dicti valoris, quam cito nos bene et sufficienter acquisierimus, predicti abbas et conventus tenentur recipere prout superius est expressum. Quibus factis nos liberati erimus ab omnibus conventionibus nuper dictis. Quamdiu vero nobis dictum annuum redditum solvere placuerit, modo et terminis supradictis nos astringere seu astringi facere, aut procurare per ipsos aut per alium vel alios, ad alia facienda non possunt nec debent; hoc notato quod ante festum beati Remigii proximo affuturum, primam solutionem annui redditus prenotati facere non tenemur. Facta est autem dictis abbati et conventui a nobis, et nobis ab ipsis vice versa dicta permutatio seu recompensatio, pro evidenti utilitate nostra et Civitatis nostre supra-

dicte. Nec volumus predictos abbatem et conventum ad hoc astringi ut hec in utilitatem nostram et Civitatis nostre probent esse confecta, sed omnino stari volumus nostre concessionis suprascripte, promittentes omnia supradicta firmiter servaturos, ac dictas triginta libratas terre, sive terram triginta libras, ut pretactum est, valentem, si per nos ad opus ipsorum fuerint acquisite, bene et ad legem deliberaturos, adheredari facturos et garandizaturos, omnia bona nostra et Civitatis nostre predictis abbati et conventui propter hoc specialiter obligantes Renuntiantes in premissis omnibus et singulis exceptionibus doli mali, vis, metus, in factum, deceptioni et defensioni facti, et juris tam canonici quam civilis, et auxilio ordinario sive extraordinario que nobis contra presentes litteras et contenta in eisdem, seu aliqua ex eis, prodesse possent, et predictis abbati et conventui aut alteri eorum obesse, et specialiter omnibus litteris, indulgentiis et privilegiis papalibus et regalibus et aliis impetratis et impetrandis. cujuscunque tenoris, etiamsi relaxionem continerent juramenti, et omnibus epistolis, decretalibus et aliis instrumentis, ac beneficio dividendarum actionum per que contra premissa venire possemus, vel ea seu eorum aliqua quomodolibet impugnare; promittentes quod si que littere tales, aut indulgentie vel privilegia. seu epystole decretales vel aliqua instrumenta emanaverint, eis non utemur adversus abbatem et conventum predictos. nec per ea faciemus, nec fieri permittemus quo magis impediatur effectus presentium litterarum. Et volumus et concedimus quod hujusmodi renuntiationes, quantumcumque generaliter a nobis facte valeant, dictis abbati et conventui et nobis prejudicent ac si omnibus et singulis exceptionibus et deffensionibus juris et facti specialiter et nominatim expressis, nominatim et specialiter renuntiassemus eisdem. nec nobis prosit nec prefatis abbati et conventui obsit generalitas supradicta; confitentes quod in premissis omnibus et singulis omnis debita juris solennitas est servata. Ut autem premissa omnia rata maneant, promittimus bona fide et sub juramento nostro nos omnia et singula supradicta firmiter servaturos, et contra ea vel eorum aliqua per nos aut per alium vel alios non venturos; volentes quod si contra ea vel aliqua de premissis, quod absit! faciamus. quod excellentissimus princeps. dominus noster, Dei gratia rex Francorum illustris. ad desistendum et observandum, juris ordine non servato, si opus fuerit, nos compellat. In quorum omnium testimonium et munimen presentes litteras

abbati et conventui prelibatis contulimus, sigillo communie Tornacensis roboratas.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense maio.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 70; original scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 123, p. 17; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 30.

928.

L'official de Noyon constate l'abandon de divers biens à Machemont, fait au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte par le chanoine de Noyon Gaucher de Machemont, en échange d'une rente viagère de quatre muids de blé.

Vendredi 16 mai 1292.

Datum anno Domini M°. CC°. nonagesimo secundo, in crastino Ascensionis Dominice.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin [2].

[1] Il n'est plus possible d'utiliser cet original, dont la contre-partie, émanant de l'abbé et des moines de Saint-Martin, se trouve à Tournai. (Archives communales, Chartrier, layette de 1292.)

[2] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 256.

929.

Philippe le Bel, roi de France, confirme à l'abbaye de Saint-Martin, moyennant finance, la propriété d'une maison et de rentes assignées sur d'autres maisons à Tournai.

La Feuillie, octobre 1292.

Actum [apud] Foilleiam, anno Domini M°. CC°. nonagesimo secundo, mense octobri.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original scellé sur lacs de soie verte et rouge, en cire verte. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 70; *Ibidem*, Cartulaire 123, p. 16 [1].

930.

Evrard Porion, chanoine de Soissons, et Lisiard le Jaune, bourgeois de Laon, déclarent avoir reçu de l'abbaye de Saint-Martin les huit livres et dix sous Parisis qu'elle avait promis de payer au roi de France, pour jouir en paix de ses nouveaux acquêts.

Laon, jeudi 9 octobre 1292.

Nos Evrardus dictus Porions, canonicus Suessionensis, et Lisiardus li Jaunes, civis Laudunensis, deputati et missi ab illustrissimo principe Philippo, Dei gratia rege Francorum, ad financias recipiendas pro ipso domino rege, et nomine ipsius, super feodis, retrofeodis, censivis et allodiis ab ecclesiasticis personis, domibus religiosis, universitatibus, et ignobi-

[1] Cette charte a été publiée par A. d'Herbomez, dans *Philippe le Bel et les Tournaisiens*, p. 77. — Cfr. *Bulletins de la Commission royale d'histoire de Belgique*, 5e série, tome III.

libus in ballivia Viromendensi, a quadraginta sex annis citra acquisitis, notum facimus universis, quod nos recepimus a viris religiosis abbate et conventu Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, octo libras et decem solidos Parisiensium, pro quibusdam rebus tam elemosinatis quam acquisitis, videlicet censivis et retrocensivis; primo pro triginta duobus solidis sex denariis Parisiensium, et quatuor caponibus assignatis super domibus que quondam fuerunt Jacobi dicti Charbon, sitis in vico des Avulles; item pro decem et septem solidis Parisiensium assignatis super quibusdam domibus sitis in vico predicto, que quondam fuerunt Jacobi dicti Charbon, et pro una domo valente octo solidos Parisiensium annui redditus, sita juxta domum Bonorum puerorum. Quorum redditus et proventus unius anni fuerunt ad valorem quinquaginta novem solidorum et sex denariorum Parisiensium annui redditus legitime estimati. In cujus rei testimonium presentibus litteris, finationem hujusmodi pro domino rege et nomine ipsius recipientes, sigilla nostra duximus apponenda.

Datum Lauduni, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, die jovis post festum beati Dyonisii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé sur double queue de parchemin.

931.

Guy, comte de Flandre, déboute, après enquête, le chevalier Gossuin de Bruyelle de sa prétention d'exiger de l'abbaye de Saint-Martin un droit de relief à la mort de chaque abbé, pour les biens que l'abbaye possédait au territoire de Bruyelle.

Vendredi 22 mai 1293.

Nous Guis, cuens de Flandres et marchis de Namur, faisons savoir à tous cheaus ki ces lettres veront et oront, ke com ensi fust ke contens et débas fust entre l'abbet et le couvent Saint Martin de Tournay, d'une part, et

Gosuin de Bruele, chevalier, d'autre part, à sen vivant, et apres sen déchiés Nicholes ses fius, chevaliers, euist repris le content devantdit com hoirs, liques contens et débas estoient d'endroit chou ke li sires de Bruele demandoit à l'abbet et au couvent devantdis relief à le mort de l'abbet Saint Martin devantdit, pour l'okison des tieres ke li église de Saint Martin devantdite tient où tierois et en le seignourie de Bruiele, dont il estoit demandans pour cascun bonnier de tiere vint sols de Tournois, à rendre à se volenté: et li abbés et li couvens li noièrent, et disoient ke onques li abbés ne li couvens paiet ne l'avoient, ne k'il n'avoient droit où demander. A le parfin, les parties devantdites des débas devant noumés pour bien et pour pais se misent sour nous de haut et de bas, en tel manière ke nous en poiemes et deuiemes droit dire se nous saviiemes, ou ordener soulonc che k'il nous sanleroit miex fait ke laisiet. Et proumisent les parties devantdittes, loiaument et en boine foi, k'il tenroient fermement et loiaument quant ke nous diriemes ou ordeneriemes des débas et des contens devantdis, fust par droit ou par ordenance. Apriès chou nous fesimes enquerre des débas des parties devantdittes par sages houmes et discres, s'il est asavoir : Nicholon de Lalaing, chevalier, et no chier et foiable clerc Jehan Makiel, chanonne de l'église Saint Piere de Lille, liquel oïrent les tiesmoins par no coumandement ke les parties vorent conduire, par fois fianchiés et par sieremens; et tant ke les parties renonchièrent à leur tiesmoins, parmi cheans ki oït estoient, dont li enqueste nous fu raportée loiaument. En pries chou, à le priière et à le requeste des parties, les enquestes furent ouviertes, lesqueles furent examinées diligamment par grant consel. Et nous veues les enquestes, mesimes certaine journée à Lille as parties devantdittes, pour oïr droit et aler avant soulonc le mise, à lequele journée nous desimes no dit en tele manière, ke li sires de Bruele devandis n'avoit nul droit de demander à l'abbet et au couvent devantdis che k'il demanda de chel relief, et asosimes l'abbet et le couvent devautdis de le demande devantditte. A cest dit et à ceste ordenance furent preudoume et de no conseil, Robiers, nos aisnés fius, cuens de Naviers, Willames de Mortaigne, sires de Rumeis et de Dossemer, Watiers, sires de Nivielc, chevalier, Pieres, prévos de l'église de Bétune, Jehans Makiaus, chanonnes de l'église Saint Piere de Lille, Jehans d'Assenghien, adont baillius de Lille et moult d'autre boine gent, en le présense des parties dessusdittes. En fermeté et en ties-

moignage de toutes les choses dessusdittes, avons nous pendut no seel à ces présentes lettres.

Lesqueles furent faites en l'an de grasce mil deus cens quatrevins et treze, le prochain vendredi enpriés le Pentecouste.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 73; original scellé en cire brunc, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 154.

932.

Grars, seigneur de Pottes, s'oblige à abandonner à l'abbaye de Saint-Martin, si elle lui en fait la demande, les produits du pré qu'il tient d'elle en fief à Pottes.

Samedi 23 mai 1293.

Jou Grars, chevaliers, sires de Potes, fac savoir à tous, que comme il soit ensi que Jehans, par le grasse de Diu abbés de Saint Martin de Tournay, m'ait donnet, gréet et otriiet à tenir en fief et en hommage de lui, de coi je sui ses hom d'un pret ahaniule qui gist derière me gart à Potes, qui contient v quartiers pau plus pau mains, keutre ne puet, k'on appielle Escardiel, à l'un lès, et à l'autre lès à i mien pret que on appielle vii quartiers, jou Grars devantdis voel et otrie, que quant il plaira à mons. l'abbet devantdit u à ses successeurs apriès lui, quiconquels soit abbés de Saint Martin de Tournay, que je ne tiegne ne reçoive, ne face recevoir pour mi, ne jou ne mes hoirs, les pourfis dou devantdit pret, je li doi quiter pour mi et pour mes hoirs, à le requeste de l'abbet u de celui qui ceste lettre aporteroit de par lui, et m'en doi délaiier del tout, et jou et mes hoirs. Et se jou u mes hoirs estiens encontre de faire quitance, je voel et otrie que li abbés de Saint Martin de Tornay, quiconquels soit abbés, u cil qui ces lettres apporteroit, doinst del mien et de men hoir, à quel signeur de terre u à quel ballui, u à quele justice qu'il vorroit, dis livres de Tournois pour

nous constraindre à faire le quitance à le requeste doudit abbet, quiconques soit abbés, u de celui ki ces lettres apporteroit. Et pour chou que che soit ferme cose et estable, jou Grars, chevaliers, sires de Potes, ai ces lettres saielées de men séel.

Données à monsegneur l'abbet, l'an de grasce mil deus cens quatre vins et traize, le samedi apriès le jour de le Pentecouste.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 37; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 128, fol. 5v; *Ibidem*, Cartulaire 132, p. 1038.

933.

L'abbé et les moines de Saint-Martin s'obligent à respecter l'échange de rentes assises sur des maisons à Tournai, fait entre leur monastère et Ernoul Catine, bourgeois de Tournai.

Samedi 1er août 1293.

Nous Jehans, par le grasce de Dieu abbés de Saint Martin de Tournay, et li couvens de cel meismes liu, faisons savoir à Tous, que l'escange qui fais est entre nous, d'une part, et Ernoul Catine, bourgois de Tournay, d'autre part, si comme de vint s. de Lonisiens de rente par an, et II Lonisiens de cens ke nous aviens sour le maison ledit Ernoul, qui siet en le rue Saint Martin, tenant à l'hiretage Grart Greusin ki fu, et de vint s. d'Artisiens vies de rente par an, et II d. Artisiens de cens que nous aviens sour une maison ki siet où Roduit, derierè l'iretage Ernoul Catine, tenant à l'hiretage Willaume Castagne, à vint et siept s. d'Artisiens vies de rente, et I Lonisien de ceus ke lidis Ernouls avoit cescun an sour une maison l'abbet de Saint Martin, ki siet en le helde Saint Martin, et à v. s. de Tornois de rente et o[bole] Tornoise de cens, que lidis Ernouls avoit cescun an sour une

[1] Il est à peu près impossible aujourd'hui d'utiliser cet original.

maison Mariien Gatehare, ki siet en le rue de France, entre l'iretage l'Anbugoise et l'iretage Nostre Dame, nous le gréons et loons, et l'avons enconvent à faire tenir et warder de par nous perpetuelment ferme et estavle. Et bien conniscons ke cils escanges, pour le pourfit de nous a estet traitiés, et fais de no gret et de no consel. En tiesmoingnage de lequele cose nous avons ces présentes lettres saielées de nos propres seaus, et donnet à Ernoul Catine devant nommet.

L'an de grasce M. CC. IIII^{xx} et traize, le jour saint Piere entrant aoust.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 50, copie du XIVe siècle.

934.

Pierre de Saint-Aubin et sa femme Aelis reconnaissent n'avoir le droit d'exiger du prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte, pour la vigne appelée la vigne de Saint-Amand, à Chevincourt, qu'un droit de vinage et de justice.

Décembre 1295.

L'an de l'incarnation mil deus cens quatre vins et quinse, el mois de décembre.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune [1].

935.

Le doyen et le chapitre de Tournai, et l'abbé et les moines de Saint-Martin, désignent des arbitres pour terminer le différend qu'ils ont avec les cisterciennes de Ravensberghe, à l'occasion de dîmes à Mouscron, Reckem et Aelbeke.

Lundi 12 novembre 1296.

Universis presentes litteras inspecturis, G[erardus], decanus, et capitu-

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 259.

lum ecclesie Tornacensis, necnon abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis, salutem in domino.

Noveritis quod cum inter nos et ecclesias nostras, ex parte una, et religiosas mulieres abbatissam et conventum monasterii de Ravensberghe, Cysterciensis ordinis, Morinensis dyocesis, ex altera parte, super quibusdam decimis provenientibus infra limites parrochiarum de Mouskeron, de Rechem et de Albeke, seu in confinio earum, discordia sive questio orta esset; nos freti bonorum consilio, pro nobis et ecclesiis nostris, pro bono pacis et concordie, in discretum virum videlicet magistrum Hugonem de Oestbourgh, canonicum Tornacensem, et religiosum virum dominum Jacobum de Insulis, monacum Sancti Martini Tornacensis, concorditer electis super dicta discordia seu questione, tanquam in arbitros, arbitratores seu ordinatores de alto et basso, principaliter compromisimus et compromittimus; promittentes bona fide, pro nobis et ecclesiis nostris, et sub pena centum librarum Turonensium parti observanti dictum arbitrium, compositionem vel ordinationem dictorum electorum, nos firmiter et inviolabiliter in perpetuum observare et tenere quicquid per dictos magistrum Hugonem et dominum Jacobum arbitrando, ordinando vel componendo de alto et basso, prout ipsis expedire videbitur, super dicta discordia sive questione dictum fuerit sive pronunciatum. Debet autem causa tractari Tornaci, et ibi terminari infra instans festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, nisi de consensu partium terminus fuerit prolongatus; salvo tamen quod dicti arbitri, seu ordinatores, ad loca contentiosa accedere poterunt et debebunt, pro subiciendo loca oculis et testibus audiendis, si eis videatur expedire. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa.

Datum anno Domini millesimo CC°. nonagesimo sexto, in crastino festi beati Martini hyemalis.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 48; original jadis scellé en cire brune, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 212; *Ibidem*, Cartulaire 125, p. 11.

936.

Guy, comte de Flandre, approuve l'assignation de rentes faite par Roger de Mouscron pour l'entretien d'une chapellenie en sa demeure, à Mouscron.

Dimanche 3 février 1297.

Nous Guys, quens de Flandres et marchis de Namur, faisons savoir à tous que comme ensi que Rogers de Mousqueron ait assignet et donnet pour Dieu et en aumoisne, pour le salut de se ame et de ses ancisseurs, douze livres de rente par an sur sis bonniers de terre censavle et trois quartiers, gisans en le parroce de Quinghien, en aywe de faire et d'estorer une capelerie, liquele sera desservie en se maison de Mousqueron, et li dis Rogers nous ait requis que nous, pour Diu et pour se prière, le voeilliens consentir et gréer comme sires souverains; nous pour Diu proprement et par le prière dou dit Roger, loons, gréons et consentons le assenement devant dit. comme sires souverains, sauf che que nous volons que li dite terre demeure paians cens et rente et taille en le manière qu'ille fasoit devant, et y retenons toutes justices, toutes signouries, toutes souverainetés teles comme li aviens devant le assenement. Et pour chou que che soit ferme cose et estavle, si avons nous ces présentes lettres scellées de no propre seel, qui furent faites et données en l'an de grace mil deus cens quatre vins et saize, le dimence après le Purification Nostre Dame.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 274, copie du XIV[e] siècle; *Ibidem*, Cartulaire 127, p. 489.

937.

Le doyen du chapitre de Noyon publie les conditions d'un accord intervenu entre l'abbaye de Saint-Martin et Gaucher de Machemont, chanoine de Noyon, à l'occasion de leurs droits respectifs sur divers biens à Machemont.

Mai 1297.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, mense maio.

Mons, Archives de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé sur double queue de parchemin, en cire brune [1].

938.

Le prévôt de Compiègne constate que Gaucher de Machemont, chanoine de Noyon, a reconnu, moyennant finance, à l'abbaye de Saint-Martin toute juridiction sur les biens qu'il a cédés à cette abbaye à Machemont.

Samedi 11 mai 1297.

Ce fu fait le samedi après feste saint Nicholas en esté, où mois de may, l'an de grace mil deus cens quatre vins et dis et sept.

Mons, Archives de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original jadis scellé sur double queue de parchemin [2].

[1] Cette charte est publiée dans Goddière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 259.

[2] Cette charte est publiée *ibidem*, p. 261.

939.

Le doyen et le chapitre de Tournai, et l'abbé et les moines de Saint-Martin, promettent d'observer la sentence arbitrale qui sera rendue pour terminer leur différend avec les cisterciennes de Ravensberghe, à l'occasion des dîmes de Mouscron, Reckem et Aelbeke.

Jeudi 12 juin 1298.

Universis presentes litteras inspecturis, G[erardus], decanus, et capitulum ecclesie Tornacensis, necnon abbas et conventus monasterii Sancti Martini Tornacensis, salutem in Domino.

Noveritis quod cum inter nos decanum et capitulum, abbatem et conventum predictos, necnon eorum ecclesias, ex parte una, et religiosas mulieres abbatissam et conventum monasterii de Ravensberghe, nomine ecclesie sue, ex altera, super quibusdam decimis provenientibus infra limites perrochiarum de Mouskeron, de Reckem et de Aubieke, seu in confinio earum, discordia sive questio esset exorta, nos freti proborum virorum consilio, pro nobis et ecclesiis nostris, etiam pro bono pacis et concordie, in discretum virum videlicet in dominum Willermum de Wevelsewale, canonicum ecclesie Tornacensis, et religiosum virum dominum Jacobum de Insula, monacum Sancti Martini Tornacensis, concorditer electos super dicta discordia, sive controversia aut questione, tanquam in arbitros, arbitratores, compositores, seu ordinatores de alto et basso, principaliter compromittimus et compromisimus; promittentes pro nobis et ecclesiis nostris, bona fide et sub pena centum librarum Turonensium parti observanti dictum arbitrium, compositionem seu ordinationem dictorum electorum a parte resiliente reddendarum, nos firmiter ac inviolabiliter servare et in perpetuum tenere quicquid per dictos dominos Willermum et Jacobum ad hoc a nobis concorditer electos arbitrando, componendo vel ordinando de alto et basso, prout ipsis videbitur expedire, super dicta discordia, controversia et questione dictum fuerit sive pronuntiatum. Debet autem presens causa tractari Tornaci, et terminari ibidem infra instans festum beati Petri ad vincula, nisi de consensu partium terminus fuerit

prolongatus; salvo tamen quod dicti arbitri, compositores, seu ordinatores ad loca contentiosa accedere poterunt et debebunt, pro subiciendo loca oculis et testibus audiendis, si eis oportunum videatur. In quorum testimonium nos decanus et capitulum, necnon abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis, sigilla nostra hiis presentibus litteris duximus apponenda.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in festi beati Barnabe apostoli crastino.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 48; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 211; *Ibidem*, Cartulaire 123, p. 15.

940.

Le doyen et le chapitre de Tournai, l'abbé et les moines de Saint-Martin, et l'abbesse et les religieuses de Ravensberghe approuvent la sentence arbitrale rendue pour terminer le différend qui s'était élevé, à l'occasion de dîmes à Mouscron et autres lieux, entre le monastère de Ravensberghe, d'une part, celui de Saint-Martin et le chapitre de Tournai, de l'autre.

Lundi 12 octobre 1299.

Universis presentes litteras inspecturis, G[erardus], decanus, et capitulum ecclesie Tornacensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum controversia sive discordia inter ecclesiam nostram, et religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti Martini Tornacensis, ex parte una, et religiosas dominas abbatissam et conventum monasterii de Ravensberghe, Morinensis dyocesis, ordinis Cisterciensis, ex altera, mota, et diutius inter procuratores eorum agitata esset, super decimis et jure percipiendi decimas provenientes ex fundis sive terris infra inscriptis, sitis in parrochia de Mouskeron et locis vicinis, vide-

[1] Il n'est plus possible d'utiliser cet original.

licet : ex fundo Johannis de Busco, sito in loco qui dicitur Folie, qui jacet juxta terram Rogeri de le Val, juxta viam regalem, et protenditur versus orientem juxta rivulum qui dicitur le Bieke, et ultra dictum rivulum usque ad ruellam que ducit ad domum Sigeri de le Wastine, excepto feodo Boidini de le Brande, et protenditur versus meridiem usque ad vicum dou Ponciel, et ultra vicum dou Ponciel in una pecia terre jacentis ante domum Johannis dicti le Pau ; item ex feodo Rogeri de Marke, juxta viam publicam que ducit versus Curtracum ; item et ex terra de Gazebeke juxta mansum hospitalis de Curtraco, usque ad mansum Johannis de l'Espine que protenditur usque ad terram domini de Nivella ; item et ex terra que est de tenemento domini de Nivella, solvente redditum avene ; dicti abbas et conventus Sancti Martini, pro se et nomine sue ecclesie, necnon abbatissa et conventus de Ravensberghe predicte, pro se et nomine sue ecclesie, et procurator ecclesie Tornacensis, nomine ecclesie Tornacensis, in nos tanquam in arbitros, ordinatores, sive amicabiles compositores de alto et basso compromiserunt, et dicto, ordinationi seu compositioni nostre, se pro se et suis ecclesiis supposuerunt ; promittentes bona fide dictum, ordinationem sive amicabilem compositionem nostram super hiis proferendam firmiter tenere et inviolabiliter observare, religioso viro domino Jacobo, abbate de Dunis, ordinis Cysterciensis, Morinensis dyocesis, visitatore predictarum abbatisse et conventus, auctoritate reverendi patris et domini abbatis Clarivallensis, earum patris abbatis, memoratum compromissum auctoritate paterna sibi commissa approbante et confirmante, ac etiam promittente arbitralem sententiam, ordinationem sive compositionem nostram super dicta controversia sive discordia per nos proferendam, quantum in eo est et erit, inviolabiliter observare et precipere observari. Nos vero ad instanciam abbatis, abbatisse et conventuum predictorum, ac procuratoris ecclesie Tornacensis, honere hujusmodi compromissi, ordinationis sive compositionis in nos suscepto, factis etiam a nobis cum diligentia pluribus inquisitionibus super proprietate et possessione decimarum dictarum terrarum, auditis etiam et diligenter examinatis testibus quos dicte partes producere voluerunt, ipsorum testium depositionibus in scriptis redactis et deinde publicatis, demum procuratore ecclesie Tornacensis, et dictis abbate et conventu Sancti Martini predicti, necnon abbatissa et conventu de Ravensberghe negotium hujusmodi per nos terminari instanter petentibus, cum de jure dictarum dominarum nobis non liqueret nec

liqueat, tamen pro bono pacis et concordie, inter dictas partes super decimis predictis componendo, arbitrando, vel ordinando. dicimus et pronuntiamus quod dicte abbatissa et conventus percipiant in futurum decimas fructuum provenientium in feodo Rogeri de Marke, continente quinque bonaria et quinque centenaria terre, et in terra de Maubrai que est de tenemento domini de Nivella, et continet sex bonaria terre, et etiam in terra des Tascenieres, continente duodecim bonaria terre et est de tenemento dicti domini de Nivella; statuentes. ordinantes, et componendo pronunciantes, sub pena in compromisso apposita, quod nec ecclesia Tornacensis, nec dicti abbas et conventus Sancti Martini ipsas abbatissam et conventum, super perceptione decimarum fructuum provenientium in dicto feodo Rogeri, terris de Maubrai et des Tasconnieres, ullatenus impediant, turbent vel molestent in futurum; super decimis aliarum terrarum predictarum superius declaratarum, et aliarum omnium in parrochia de Mouskeron consistentium, dictis abbatisse et conventui de Ravensberghe perpetuum silentium imponentes. et prohibentes easdem ne ecclesiam Tornacensem, neve dictos abbatem et conventum Sancti Martini predicti, super perceptione decimarum fructuum provenientium et proventurorum in terris aliis a predictis feodo Rogeri. de Maubray et de le Tasconniere, impediant, turbent vel molestent. Et hec ita pronuntiamus salvo jure presbiteri de Mouskeron, si quod habeat in premissis, cui non intendimus, sicut nec possumus, per presens arbitrium seu presentem ordinationem vel compositionem prejudicium generare. In quorum testimonium presentes litteras sigillo ecclesie nostre fecimus sigillari. Et nos abbas et conventus Sancti Martini predicti, et abbatissa et conventus de Ravensberghe, presens arbitrium, seu presentem ordinationem vel compositionem approbamus, et observare et contra in aliquo non venire promittimus. In horum testimonium sigilla nostra presentibus litteris. una cum sigillo ecclesie Tornacensis, apponentes, approbamus superscriptionem « ultra vicum dou Ponciel. »

Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, feria secunda post festum beati Dyonisii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 48; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1]. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 208, copie du XIV[e] siècle; *Ibidem,* Cartulaire 123, p. 12.

[1] Cet original est maintenant en très mauvais état.

941.

L'abbé des Dunes, au nom de l'abbé de Clairvaux, approuve la charte précédente, en tant qu'elle intéresse les cisterciennes de Ravensberghe.

Dimanche 18 octobre 1299.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Jacobus, dictus abbas de Dunis, salutem in Domino Jhesu Christo.

Universitati vestre significamus, quod nos dictum, ordinationem seu arbitralem sententiam quibus presentes nostre littere sunt appense, approbamus et confirmamus auctoritate reverendi patris domini abbatis Clarevallensis, presentium testimonio litterarum sigillo nostro sigillatarum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die beati Luce Euvangeliste.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 121, p. 210, copie du XIV[e] siècle; *Ibidem*, Cartulaire 123, p. 15.

942.

L'abbesse et les religieuses de Saint-Jean-au-Bois lez-Guise approuvent l'échange d'une vigne appartenant à leur monastère à Havetes, contre une autre appartenant au prieuré de Saint-Amand lez-Thourotte, à Giraumont.

Janvier 1300.

L'an de grace mil CC quatre vins et dis et nuef, où mois de jenvier.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé en cire brune, sur double queue de parchemin [1].

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand,* p. 263.

943.

L'évêque de Cambrai déclare, après enquête, que les biens immeubles que l'abbaye de Saint-Martin possède à Vaux lez-Tournai, ne sont pas affectés à l'entretien d'une chapellenie dans l'église de cette paroisse.

Mercredi 22 mars 1301.

Universis presentes litteras visuris, Guido, miseratione divina Cameracensis episcopus, salutem in Domino.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod cum ex relatione quorundam accepissemus quod religiosi viri abbas et conventus Sancti Martini Tornacensis, quedam bona immobilia, decimas videlicet, terras, proventus et redditus tenuissent, habuissent et possedissent, tenent et possident, in nostra dyocesi Cameracensi consistentes, videlicet in parrochia de Vallibus juxta Tornacum, ad dotem unius capellanie in dicta ecclesia de Vallibus deserviende, ut dicebatur, deputata, dictis religiosis asserentibus quod predicta bona, suo nomine et ad usus suos libere habuerant et possederant ab antiquo, et adhuc possidebant, et quod ad jus et proprietatem dicti monasterii pertinent et pertinuerant libere, et super hoc pro se jus dici petentibus; nos, inquisitione facta super hoc diligenti, juris ordine observato, invenimus quod predicti religiosi prelibata bona ac proventus et redditus tenent, tenuerant libere etiam ab antiquo pacifice suo nomine, et quod ad jus et proprietatem dicti monasterii et usus ipsius pertinebant, nullo modo ascripta capellanie predicte. Unde, vocatis ad certam diem dictis religiosis, et aliis si qui essent qui sua crederent interesse, eisdem religiosis per procuratorem comparentibus, et jus super premissis ferri petentibus, nos, communicato peritorum consilio, pronuntiamus et decernimus ad ipsos religiosos predicta bona nulli capellanie ascripta pertinere, et ipsos eorumdem bonorum fructus, redditus et proventus percipere, suo nomine, libere, ad usus suos posse et debere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo CCC°, feria quarta ante dominicam in Ramis palmarum.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 49, copie du XIV[e] siècle.

944.

Les échevins de Guermignies déclarent que les héritiers de Giles Frarin ont ratifié la cession faite par lui à l'abbaye de Saint-Martin de sept bonniers de terre à Anserœul.

Mercredi 3 mai 1301.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront. ke com Giles Frarins et Marote, se femme, euiscent jadis vendut à l'abbet et au couvent de Saint Martin de Tornai VII bonniers de tiere ki gist en Ghierkegni, en le porofe de Anseruet, par le gret dou signeur de Ghiermegni. parmi uns blans wans à le saint Remi, et li hoir des dis Gilion Frarin et Marote. se femme, le dit vendage euiscent débatut, et dit ke li dis vendages n'estoit mie de valeur, pour tant ke li femme doudit Gilion Frarin n'estoit mie de le dite tiere deshiretée à loy; à le pardefin, li dit hoir doudit Gilion Frarin et de Marote, se femme, sont venut à pais à dis abbet et couvent, et par consel de boine gent, en tel manière ke li dit hoir de Gilion Frarin et de Marote, se femme, tout ont greet et otriiet par devant les eskievins de Ghiermegni tout le vendage devant dit entirement, ke Giles Frarins, leur pères, et Marote, se femme, leur mère, firent à l'église Saint Martin, par tel manière ke Watiers Frarins et Marote, se femme, et leur hoir doivent tenir à tous jours hiretavlement les VII bonniers de tiere devant dis, parmi VI lb. de blans à rendre à l'église Saint Martin, desdis Watier Frarin et Marote, se femme, u de cheaus ki le dite tiere tenront, cescun an à le saint Remi à tous jours, à dis abbet et couvent, en tel manière ke Watiers Frarins et Marote, se femme, u cius ki le dite tiere tenra, doit paiier et aquiter l'église devant dite des cens ke li glise doit à le saint Remi au signeur de Ghiermegni, et de le giste monsigneur Jakemon de Saint Pol u [de] ses hoirs, se li église devant dite ... .., si avant ke li VI lb. de blans devant dit poront courre. Et se il avenoit chose ke .... ke li glise doit au jour saint Remi au signeur de Ghiermegni .... giste monsigneur Jakemon de Saint Pol ne montascent tant ke li VI lb. de blans vauroient à celi jour, Watiers Frarins u Marote, se femme, u cil ki la tiere tenroient, renderoient à l'église Saint

Martin le sourplus. Et doit Watiers Frarins et Marote, se femme, u cil ki le tiere tenront, paiier au signeur de Ghiermegni les blans wans ke li glise li doit pour le tiere devant dite. Toutes les choses devant dites ont Watiers Frarins et Marote, se femme, enconvent à faire et à tenir bien et loiaument, pour eaus et pour leur hoirs tous, à tous jours. Et se Watiers Frarins devant dis et Marote, se femme, u leur hoir, estoient en défaute des choses devant dites u d'aucunes d'iceles paiier bien et soufisçaument, li glise de Saint Martin, u li procureres de le dite église, poroit traire audit hiretage juskes à loy derrière. A toutes ces choses devant dites faire furent comme eskievin de Ghiermegni : Willaumes Skincremaus, Hues dou Marés, Jehans dou Markés, Bauduins li Bruns, Jehens dou Ryu, Englebiers de la Jonkière, et Sohiers li Mouleus; liquel eskievin, à le soumonse Thumas de le Kourbe, le justice, les jugièrent bien faites et à loy.

Ce fu fait l'an de grasce mil trois cens et un, le premier mierkedi de may.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 65; chirographe original sur parchemin.

945.

L'évêque de Cambrai consent à accepter tous les ans de l'abbaye de Saint-Martin douze livres Tournois, en compensation des droits de gîte auxquels il prétendait dans cette abbaye.

Mars 1302.

Guido, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.

Ad futurorum noticiam volumus pervenire, quod cum nos locis nostre Cameracensis dyocesis, pro parte, more solito visitatis, circa fines civitatis Tornacensis inflecti haberet una cum nostra comitiva iter nostrum, nosque de nostrorum consilio ad monasterium virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Martini Tornacensis, ordinis sancti Benedicti, per certum

nuncium nostras litteras misissemus, mandantes dictis religiosis quatinus nobis ac nostris. de procuratione nobis in ipso monasterio annis singulis debita, providerent die contenta in litteris prenotatis, dictique religiosi nostro nuntio speciali ibidem, ut dictum est, destinato, duodecim libras Turonensium, nomine procurationis nobis debite, et causa expensarum pro eadem, solummodo obtulissent, dicentes et asserere volentes, et pro certo in ampliori pecunia, nomine procurationis, seu pro ipsa, vel expensis concurrentibus, pro eadem ratione omnium bonorum suorum in nostra dyocesi consistentium, nobis ipsos non teneri, et quod pecuniam in summa ampliori vel minori nostris predecessoribus non solverant annis singulis, nomine procurationis vel expensarum, pro eadem ab antiquo; et sic nobis ac nostris in ipsorum monasterium introitu denegato, nos cura vigili et aliquantulum commoti propendentes nobis prejudicium generari in premissis, prout nobis ex motu nostri animi videbatur, dictam pecunie summam nomine procurationis nolumus aliquatenus acceptare. Tandem vero peritorum freti consilio, nec in ullo motum animi, seu consultationes quorumdam, juris ordini vel consuetudini preferentes, deliberatione super hiis habita diligenti, duos de nostro consilio providos et discretos ad civitatem Tornacensem transmisimus, qui curiose et etiam sollicite inquirerent utrum ea que dicti religiosi asserebant, veritate firmarentur. Facta igitur fideliter inquisitione per nostros de premissis, dicti viri discreti, quibus fidem indubitanter adhibemus, ad nos et nostrum consilium vive vocis oraculo et in scriptis, ex fide digniori depositione detulerunt quod ipsi religiosi nostris predecessoribus ampliorem pecuniam, nomine procurationis, vel etiam nomine expensarum, pro eadem non solverunt, vel que summam annis singulis excedentem duodecim librarum Turonensium memoratam, a tanto tempore a quo memoria de contrario non existit. Et sic de proborum consilio pacem inviolatam et firmam amicitiam cum ipsis religiosis, sicut nostri predecessores dinoscuntur habuisse erga eos ab antiquo, observare volentes infuturum, benigne per nostros summam pecunie predictam, videlicet duodecim librarum Turonensium, nomine procurationis unius anni, recepimus ab eisdem, ipsosque religiosos quitavimus et quiti clamavimus de pecunia supradicta, ratione procurationis unius anni, in forma prout superius est expressum; volentes de cetero, nomine procurationis nobis ab eisdem hactenus debite, vel debende in futurum, etiam si perso-

naliter nos et nostros ad ipsum monasterium, causa procurationis percipiende, descendere contingat, annis singulis. dicta summa pecunie, nomine procurationis seu pro ipsa fore contentos, nosque nichil ultra summam memoratam, causa procurationis, ab eisdem religiosis, seu pro bonis eorumdem in nostra dyocesi, ubicunque consistunt, reclamaturos annis singulis, vel etiam exacturos per nos seu nostros in futurum. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo primo, mense marcii.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 32; original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 48, copie du XIV[e] siècle.

946.

L'abbaye de Saint-Martin donne à bail pour huit ans à Jean l'Eskiermisseur, dit le Messager, douze bonniers de terre à la Crois Saintet.

2 juin 1303.

Sacent tout cil ki cest escrit veront et oront, que li abbés et li couvens de l'églize Saint Martin de Tournay ont donnet à loial cense, le cours de VIII ans qui sunt à venir nouvielement de le saint Rémi ki sera l'an de grasce M CCC et III, à Jehan l'Eskiermisseur, c'on dist le Messagier, XII bonniers de tiere pau plus pau mains, gisant tout en une pièce à le Crois Saintet; lesquels XII bonniers de tiere devant dis Jehans li Eskiermissieres doit femer bien et loiaument à loial femure, une fie ou deus à demie femure dedens les VIII ans devant dis, sauf chou que quant li dis Jehans ou ses remanans ara amenet ou fait amener le fiens sour les dites tieres et espardre, il le doit faire tantost savoir à l'abbet et au couvent de le dite églize, et li dis abbés ou couvens doivent envoier I de lor sergans au lieu pour savoir se les dittes tieres seroient femées bien et loiaument, ensi que deseure est dit. Et quant li sergans ki à chou sera estavlis ara raportet à

l'abbet ou au couvent dessus dis que les dites tieres sunt bien et loiaument femées, li dis Jehans ou ses remanans doit faire le fiens tourner et vierser ens ès dites tieres bien et soufisçantment. Et puet et doit li dis Jehans par convenence refroissier les dites tieres, labourer. et faire sen pourfit de maintenant en avant tout le cours des VIII ans dessus dis. Si doit Jehans li Eskiermissieres ou ses remanans rendre et paier à l'abbet et au couvent de le devant dite église ou à lor coumant, si longement que ces VIII anées prochainnes à venir durront, pour cescun bonnier de le tiere devant dite, V rasières de blet de cense par an, à XII deniers priés dou milleur cescune rasière, à le rechoite Saint Martin, ensi que li autre censier de ledite église paient lor censes, et livrer tout le blet de ledite cense cescun an tant que ces VIII anées durront dedens l'abbie de ledite églize. Et faire doit lidis Jehans le premier paiement de ceste cense de V rasières de blet pour cescun bonnier entre le Toutsains et le Pasque ki sera l'an de grasce M. CCC. et III; et ensi d'an en an sivantment doit cil Jehans ou ses remanans paiier ledite cense entre le Toutsains et le Pasque, ensi que devant est dit, et ... ara ces VIII censes desdites VIII anées paiiés tout entirement. Et pour ceste cense païer d'an en an, ensi que dit est, et pour ..... autres convenences devantdites aemplir plainement, a fait se propre dette, enviers l'abbet et le couvent dessusdis, Jaquemes li Eskiermissieres, ses pères. Et se Jehans li Eskiermissieres et Jaquemès ses pères défaloient de nule des coses devant dites, ou d'aucunes d'elles faire et aemplir, fust de cense païer ou d'autre cose, et lidit abbés et couvens ou lor coumans en fasoient coust u frait, u despens ou emprunt, ou avoient damage par le défaute de lor convenence, rendre lor doivent lidit Jehans et Jakemes parmi le voir dit de l'un d'eaus ou de lor coumant, sans autre prouvance faire et sans le cense devantdite amenrir. De tout chou ont Jakemes li Eskiermissieres et Jehans, ses fius, assenet à eaus à tous leur meules et à tous les cateus qu'il ont et aront partout, et cescuns pour le tout, et spéciaument il en assanent à tous les pourfis ki desdites teres isteront, en quelconques liu que il soient [u]seront. Et avoec tout chou li devantdis Jakemes et Jehans. ne nus de par eaus. ne pueent nul des pourfis des tieres devantdites vendre ne prester, ne doner ne alouwer, ne en nule menière empaiechier. jusques à tant que li abbés et li couvens de l'eglize Saint Martin se teroient apaïet de lor cense et de tous les arriérages. Et s'est asavoir que Jehans li Eskiermissieres doit

rendre les tieres devantdites à l'issue de se cense en otel puint que il les trouva à l'entrée, c'est asavoir toutes nues, et nues les doit rendre. Et li devantdis abbés et couvens lui ont enconvent lesdites tieres et les pourfis qui en isteront à sauver, à warandir, et à faire porter paisivle tout le cours de sen tierme, si comme à loïal cense. A ces convenences et à toutes les devises devantdites fu Evrars d'Orque li Mesureres, cum voirs jurés, et Watiers Boine âme et Colars li Carliers, comme autre houme. Et si furent les parties à cest escrit livrer.

Ce fu fait l'an de grasse M. CCC. et trois, le secont jour dou mois de gieskerech.

Tournai, Archives communales, Chartrier, layette de 1303; chirographe original sur parchemin.

947.

Simon de Sarin, seigneur de Veele, et sa femme Marie, font connaître les conditions de l'accord conclu par eux avec l'abbaye de Saint-Martin, pour la jouissance du moulin de Brazicourt.

Mars 1303.

A tous ciaus qui ces présentes lettres verront et orront, nous Simons de Sarin, escuiers, sires de Veele, et Marie, dame de Veele, femme audit Simon, salut.

Saichent tuit que com descors fust meus entre religieus houmes l'abbé et le couvent de l'église de Saint Martin de Tournay, d'une part, et nous, d'autre, seur ce que lidit religieus se doloient de ce que il disoient que nous aviens rompu ou fait rompre, si com il disoient, les escluses de l'iawe courant au molin de Bransicourt, et trestourné le droit cours de ladite yawe, et empeeschiens iciaus religieus à refaire lesdites escluses et à remettre ladite yawe à son droit cours, lesquez empeeschemens nous faisiens à ladite église torsonnièrement, maiesmement com il soient et fussent chartre de ce de nos devanciers, si com il disoient; nous disans et affermans

tione eos vendendi, aut eo quod ad ponendum eos aut eorum alterum extra manus suas possint aut debeant a quocumque, quovismodo, coactari aut compelli; et insuper, nostra gratia eisdem amplianda, consideratione premissorum, omnimodam finantiam nobis pro dictis redditibus sic per eos acquisitis debitam, quantumcunque sit et ad qualem summam ascendere possit, prefatis supplicantibus, ex nostris ampliori gratia ac plenitudine regie potestatis quittamus, remittimus, et donavimus per presentes, mediante tamen summa quadraginta quinque francorum auri cum nostri, quam de precepto nostro iidem supplicantes propter hoc, ex compositione facta in camera nostra compotorum Parisius, dilecto nostro Johanni Amyoti, clerico et solutori operum nostrorum in eisdem operibus convertenda, exsolverunt, mandantes dilectis ac fidelibus gentibus nostris dictorum compotorum nostrorum, ac dicto baillivo Viromandensi, ceterisque universis et singulis justiciariis et officiariis nostris, necnon commissariis deputatis aut deputandis super facto finantiarum dictorum conquestuum, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, aut eorum loca tenentibus, et cuilibet eorumdem, prout ad eum pertinuerit, quatenus dictos supplicantes et eorum posteros, nostris admortizatione, gratia, concessione et remissione uti et gaudere quiete faciant et permittant, nichil in contrarium attemptando vel attemptari quomodolibet permittendo. Quinimo si que facta ulla attemptata in contrarium repererint, ea reparare et ad statum pristimum et debitum reducere nullatenus postponant vel omittant. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, has presentes litteras sigilli nostri munimine jussimus roborari, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno.

Datum Parisius, anno Domini millesimo CCC^mo^ septuagesimo quarto, et regni nostri undecimo, mense augusti.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 27; original scellé en cire verte, sur lacs de soie verte et rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 127, p. 441; *Ibidem*, Cartulaire 129, p. 677, copie de 1686.

997.

Charles V, roi de France, amortit en faveur de l'abbaye de Saint-Martin le fief de la Houssoye, à Machemont, dans le bailliage de Senlis.

Paris, juin 1375.

Actum Parisius, mense junii, anno Domini M° CCC° septuagesimo quinto, et regni nostri duodecimo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 78; original scellé en cire verte, sur lacs de soie verte et rouge [1].

998.

Charles V, roi de France, notifie un arrêt du parlement de Paris portant que les habitants, laïques ou séculiers, de la première cour de l'abbaye de Saint-Martin, doivent fournir le service de guet comme les autres habitants de Tournai.

Paris, 16 février 1380.

Karolus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus quod cum dilecti nostri, prepositi et jurati ville et civitatis Tornacensis, nuper conquesti nobis fuissent super eo quod, licet ipsi virtute certarum litterarum nostrarum, tanquam veri subjecti nostri ac nobis obedientes, pro defensione et tuitione dicte ville, et per deliberationem et consensum majoris et sanioris partis habitantium ville predicte, ordinassent quod in portis seu januis, quadriviis, vicis, foro, beffrido et tornellis, ac in ceteris locis ejusdem ville, guetum et excubie fierent,

[1] Cette charte est publiée dans Gordière, *Le prieuré de Saint-Amand*, p. 292.

taliterque premissa ordinassent quod unusquisque dictorum habitantium sciebat aut saltem scire poterat locum ad custodiam sibi commissum. in dictaque ordinatione comprehensi fuissent omnes et singuli habitantes dicte ville, tam religiosi et ecclesiastici, quam seculares et laici; nichilominus religiosi abbas et conventus Beati Martini Tornacensis, ac nonnulli in eorum monasterio et eorum monasterii clausura seu pourprisio commorantes, guetum et excubias in locis eisdem assignatis et ordinatis facere recusaverant et contradixerant, et quod deterius erat eisdem conquerentibus, sub pena centum auri marcharum ante halam Tornacensem inhiberi et defendi fecerant ne predictos religiosos, et in eorum monasterio et pourprisio commorantes, ad faciendum guetum et excubias compellerent; que premissa contra bonum publicum dicte ville facta fuerant ac in ipsorum conquerentium prejudicium et jacturam, ut dicebant, et ob hoc a nobis certas litteras obtinuerant, quarum virtute predicti religiosi, necnon Gontherus de Roseriis, predicti monasterii baillivus, ac Rogerus de Dala, predictorum religiosorum censuarius, ad dies Viromandenses nostri presentis parlamenti adjornati fuerant, de et super premissis responsuri et ulterius processuri, ut esset rationis, prout hec et alia ex tenore dictarum litterarum nostrarum, ac ex relatione certi earumdem executoris dicebantur latius apparere. Constitutis propter hoc in dicta curia nostra partibus antedictis, seu earum procuratoribus, dicti conquerentes hec et alia latius proponendo concludebant, quatinus dicti religiosi, necnon eorum baillivus et censuarius, cetereque persone in dicto monasterio et ejus clausura commorantes, ad faciendum guetum et excubias in dicta villa seu fieri faciendum, per captionem, detentionem, et explectationem eorum temporalitatis et alias debite necnon ad solvendum emendas defectuum, quotiens ipsos in premissis defficere continget, compellentur, et ad premissa, ac predicti adjornati in expensis hujusmodi cause condempnarentur, et in casu dilationis pro eisdem conquerentibus provisio fieret, prout alias in consimilibus casibus factum fuerat, ut dicebant. Predictis defensoribus ex adverso proponentibus et dicentibus, quod dicta abbatia seu monasterium de fundatione regia existebat, prepositisque et juratis ville et civitatis predicte in nullo erant subjecti, sed coram baillivo nostro Viromandensi, et in dicta parlamenti curia dumtaxat consueverant et tenebantur respondere, quodque in eorum monasterio, ac in ipsius pourprisio seu clausura,

omnimodam jurisdictionem habebant, paucos etiam servitores et familiares, seculares aut laicos. in dicto eorum monasterio ac ipsius pourprisio seu clausura secum habebant. Pretcrea dicebant quod per certum accordum dudum inter dictos religiosos, ex una parte, ac habitantes predictos, ex altera, factum et transactum, iidem religiosi erant immunes et exempti faciendi guetum et excubias predictas, ac erant in possessione et saisina libertatis et franchisie premissorum, presertim cum esset munus personale ad quod dicti religiosi, ac ceteri viri ecclesiastici minime tenebantur; ex quibus et aliis per ipsos defensores propositis, concludebant quatenus dicti conquerentes non essent ad sua proposita admittendi, et si essent admittendi, quod ipsi causam vel actionem non haberent faciendi suas conclusiones et demandas supradictas, et si causam vel actionem haberent, quod dicti defensores ab eisdem absolverentur, et quod iidem conquerentes in expensis hujus cause condempnarentur. Dictis conquerentibus replicando proponentibus et dicentibus, quod dicti religiosi, ac ceteri viri ecclesiastici ville et civitatis Tornacensis predicte, tenebantur ad faciendum guetum et excubias predictas, et sic erat fieri solitum in ceteris bonis villis regni nostri, quodque nullum accordum cum ipsis religiosis fecerant per quod iidem defensores, quorum abbatiam magnum circuitum et spatium tenebat, et in dicta villa et circumquaque ipsam quod bona plura temporalia, facultates et possessiones tenebant et habebant, deberent a premissis immunes et exempti reputari. Quare dicebant quod ipsi erant ad sua proposita admittendi, et ad hec et alias concludebant prout supra. Tandem auditis partibus antedictis in omnibus que circa premissa dicere et proponere voluerunt, consideratisque et attentis diligenter omnibus circa hec attendendis, et que dictam curiam nostram in hac parte movere poterant et debebant, per arrestum ejusdem curie dictum fuit quod baillivus et censuarius predicti, ac ceteri laici aut seculares in prima curia dicte abbatie seu monasterii commorantes, et quos ibidem de cetero morari contigerit, ad faciendum guetum et excubias in dicta villa tenebuntur, quemadmodum ceteri laici ville predicte, et ad hec per baillivum nostrum Viromandensem, aut ejus locum tenentem, compellentur, dictis partibus quoad alios eorum fines et conclusiones appuntatis et remanentibus in arresto. In cujus rei testimonium nostrum presentibus litteris duximus apponi sigillum.

Datum Parisius in parlamento nostro, die xvi^a februarii, anno Domini millesimo CCC° septuagesimo nono, et regni nostri decimo sexto.

Resigillatum sigillo nostri Karoli, Dei gratia Francorum regis, die octava mensis maii, anno millesimo CCCC° decimo sexto, regni vero nostri XXXVI°.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original scellé sur double queue de parchemin, en cire blanche. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 80, copie de 1685.

999.

Le pape Clément VII concède à l'abbé de Saint-Martin le droit d'avoir un autel portatif, sur lequel un prêtre idoine pourra dire la messe devant l'abbé, en tous lieux convenables.

Avignon, 29 juillet 1382.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Sincere devotionis affectus quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibibus tuis, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspicimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile, cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, celebrare ac per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia divina officia, sine juris alieni prejudicio, in tua presentia facere celebrari valeas, devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem, etc.

Dat. Avinionis, IIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno nono.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original bullé sur lacs de soie rouge et jaune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1053.

1000.

Le pape Martin V informe les moines de Saint-Martin qu'il leur donne pour abbé le même Simon qu'ils avaient élu sans savoir que le Saint-Siège leur avait retiré le droit d'élection.

Rome, 15 janvier 1427.

Martinus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter solicitudines varias quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram, ut status ecclesiarum et monasteriorum omnium cure nostre divina providentia commissorum, spiritualiter et temporaliter augeatur, quodque illis que suis destituta pastoribus vacationis incomoda deplorare noscuntur, tales ministros preficere studeamus, per quorum regimen ecclesie et monasteria ipsa eis commissa utiliter valeant gubernari. Dudum siquidem, quondam Arnulpho abbate monasterii vestri regimini ejusdem monasterii presidente, nos cupientes eidem monasterio, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam presidere personam, provisionem ipsius monasterii ordinationi et dispositioni nostre duximus, ea vice specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis, per quoscunque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, prefato monasterio per ipsius Arnulphi abbatis obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, abbatis regimine destituto, vos reservationis et decreti hujusmodi forsan ignari, ad electionem futuri abbatis inibi procedentes, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt, et etiam debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut est moris, convenientes in unum, dilectum filium Symonem abbatem, tunc monachum dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum, in vestrum et dicti monasterii abbatem concorditer elegistis, licet de facto; ipseque Symon abbas, electioni hujusmodi illius, sibi presentato decreto, consensit similiter de facto, et demum, reservatione et decreto predictis ad ejusdem Symonis abbatis deductis noticiam, hujusmodi electionis negotium proponi fecit in consistorio coram nobis. Nos igitur electionem hujusmodi et omnia inde secuta, utpote post et contra

reservationem et decretum predicta de facto ut premittitur attemptata, irrita prout erant et inania reputantes et ad provisionem ipsius monasterii celerem et felicem, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere potuerat sive poterat, reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne monasterium ipsum longe vacationis exponeretur incommodis, paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem monasterio personam utilem et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad prefatum Symonem abbatem, cui de religionis zelo, litterarum scientia, vite mundicia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circunspectione. aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus, ac vestrum ipsum Symonem abbatem eligentium concordi voluntate, attenta meditatione pensatis, de persona ejusdem Symonis abbatis, nobis et dictis fratribus, ob suorum exigentiam meritorum, accepta eidem monasterio de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus, ipsamque illi prefecimus in abbatem, curam et administrationem dicti monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod, dirigente Domino actus suos, monasterium ipsum, per ejusdem Symonis abbatis industrie et circumspectionis studium fructuosum, regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Symonem abbatem, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac exhibentes, sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis; alioquin sententiam quam idem abbas rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. Rome, apud Sanctos apostolos, XVIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno decimo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original bullé sur cordelettes de chanvre [1].

[1] On trouve, *ibidem*, une bulle de même date, adressée par Martin V « vasallis monasterii Sancti Martini ». Cette bulle est conçue exactement dans les mêmes termes que la présente. La formule du mandement final, cependant, présente les différences que l'on doit s'attendre à y trouver.

1001.

Le pape Martin V autorise Simon, nommé par lui abbé de Saint-Martin, à se faire introniser par un prélat de son choix, sous certaines conditions, et notamment celle que cette autorisation ne portera aucun préjudice aux droits de l'évêque de Tournai.

Rome, 27 janvier 1427.

[Martinus, episcopus, servus] servorum Dei, dilecto filio Synomi [abbati monasterii] Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper monasterio Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, tunc abbatis regimine destituto, de persona tua nobis et fratribus nostris, ob tuorum exigentiam meritorum, accepta de fratrum eorumdem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi in abbatem prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur; nos ad ea que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter int[enden]tes, tuis supplicationibus inclinati, tibi, ut a quocunque malueris catholico antistite, gratiam et communionem apostolice sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem antistiti, ut munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem quod idem antistes qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit, a te, nostro et Romane ecclesie nomine, fidelitatis debite solitum recipiat juramentum, juxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam, ac formam juramenti quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras, tuo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinare procures; quodque per hoc venerabili fratri nostro ..., episcopo Tornacensi, cui prefatum monasterium ordinario jure subesse dinoscitur, nullum imposterum prejudicium generetur.

Dat. Rome, apud Sanctos apostolos, VI kalendas februarii, pontificatus nostri anno decimo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original jadis bullé.

1002.

Le pape Martin V invite les Tournaisiens à se montrer favorables à Simon, nommé par lui abbé de Saint-Martin.

Rome, 31 janvier 1427.

Martinus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis populo civitatis Tornacensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nos hodie monasterio Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, tunc vacanti, dè persona dilecti filii Symonis, abbatis ejusdem monasterii, nobis et fratribus nostris, ob suorum exigentiam meritorum, accepta, de eorumdem fratrum consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo eum illi in abbatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos eundem abbatem paterna benivolentia prosequentes, ac cupientes ut monasterium ipsum sub ejus felici cura spiritualiter et temporaliter augeatur, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatinus eundem abbatem et commissum sibi monasterium habentes, pro nostra et apostolice sedis reverentia, propensius commendatos, in ampliandis et conservandis juribus suis, sic eos vestri favoris auxilio prosequamini, quod idem abbas, nostro fultus auxilio, in prefato sibi commisso regimine utilius prosperari valeat, ac vobis exinde a Deo perhennius vite premium, et a vobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Rome, apud Sanctos apostolos, II kalendas februarii, pontificatus nostro anno decimo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original bullé sur cordelettes de chanvre.

1003.

Les magistrats communaux de Tournai déclarent que c'est de pure grâce que les moines de Saint-Martin ont promis de faire sonner les cloches de leur monastère au passage de la procession de Tournai.

Tournai, mercredi 10 septembre 1427.

A tous ceux qui ces présentes lettres verront ou orront, prévostz, jurez, eschevins, eswardeurs, doyens et soubz doyens des mestiers de la ville et cité de Tournay, salut.

Comme à nostre prière et requeste les religieux abbé et couvent de Saint Martin en Tournay, en honneur et révérence de Dieu et de Nostre Dame, et pour augmenter et exauchier la pourchession qui chacun an se fait le jour de l'Exaltation Sainte Croix, xiiie jour de septembre, nous ayent accordé de faire sonner les clocques de leur église quand ladille pourchession, aornée ainsy que accoustumé est, passeroit, et en alant et retournant au jour de ladite pourcession, sçavoir faisons que ce que lesdits religieux feront faire dudit sonnage pour ladite cause, et la décoration et honneur de ladite feste, nous le tenons et réputons à grace, et voulons que ce ne leur puist faire ou tourner à quelque préjudice ou servitude. En tesmoing de ce nous avons fait mettre à ces présentes lettres le seel aux causes de ladite ville et cité, qui furent faites et données le mercredi xe jour de septembre, l'an mil IIIIc XXVII.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 139; copie de 1685.

1004.

Charles VII, roi de France, prend sous sa protection l'abbaye de Saint-Martin, ses hommes et ses biens, et désigne sept sergents royaux pour assurer cette protection.

Laon, 12 juillet 1432.

Datum Lauduno, die XII^a mensis julii, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, et regni nostri decimo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original jadis scellé sur double queue de parchemin [1].

1005.

Le pape Eugène IV charge les abbés de Saint-Éloi, à Noyon, et de Saint-Nicolas-des-Prés, à Tournai, ainsi que le doyen de l'église de Cambrai, de la défense et protection des biens et des droits de l'abbaye de Saint-Martin.

Florence, 27 décembre 1435.

Dat. Florentie, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, sexto kalendas januarii, pontificatus nostri anno quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original bullé sur cordelettes de chanvre [2].

[1] Il a paru inutile de publier ce document, qui n'est qu'une répétition de celui que l'on a trouvé ci-dessus, n° 991.

[2] Cette bulle, fort longue et assez peu intéressante, commence par les mots « Militanti ecclesie ».

1006.

Le pape Nicolas V autorise l'abbé de Saint-Martin à célébrer, en temps d'interdit, sous certaines conditions, les divins offices dans son monastère.

Rome, 7 novembre 1448.

Nicolaus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Nicolao, abbati monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Sincere devotionis affectus quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur ut petitionibus tuis, illis presertim quas ex devotionis fervore prodire conspicimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere altare portatile, cum debita reverentia et honore super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis, sine juris alieni prejudicio, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, proviso tamen quod eo parce utaris indulto, quia cum in altaris officio immoletur Dominus noster Jesus Christus, Dei filius, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non in noctis tenebris fieri sed in luce, quodque si te forsan ad loca ecclesiastica interdicto supposita te declinare seu inibi morari contigerit, in illis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, et submissa voce, in tua ac etiam familiarium tuorum domesticorum presentia, dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto, nec id tibi vel illis specialiter interdici contigerit, missam et alia divina officia per te ipsum celebrare, aut per proprium vel alium sacerdotem ydoneum celebrari facere, necnon tu aut sacerdos ipse diebus dominicis aquam et panem benedicere possis seu possit, devotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Dat. Rome, apud Sanctam Potentianam, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, septimo idus novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original bullé sur lacs de soie jaune et rouge. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 132, p. 1053.

1007.

Le notaire Roger de Gauley constate que l'abbé de Saint-Martin a prêté solennellement à l'évêque de Tournai le serment de fidélité qu'il lui doit.

Tournai, 17 septembre 1454.

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, indictione secunda, mensis vero septembris die decima septima, hora decima vel circiter ante prandium meridianum ejusdem diei, statim post summe misse in ecclesia Tornacensi decantationem, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai, divina providencia pape quinti, anno octavo, coram reverendo in Christo patre et domino nostro domino Johanne, miseratione divina Tornacensi episcopo, tunc stante et se appodiante ad majus altare dicte ecclesie Tornacensis, in meique notarii publici ac nonnullorum testium subscriptorum propter ea vocatorum et rogatorum, pluriumque dominorum canonicorum ejusdem ecclesie inibi astantium presentia, personaliter constituto existente venerabili et religioso in Christo patre domino Nicolao, permissione divina abbate monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, ipse dominus Nicolaus, abbas prenominatus, per dictum dominum episcopum instanter super hoc requisitus et interpellatus, tandem eidem domino episcopo ibidem corporaliter prestitit juramentum solenne, prout latius continebatur et continetur in certa cedula per dictum dominum abbatem seriose ibidem perlecta, hujus tenoris :

« Ego Nicolaus, abbas Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, subjectionem, reverentiam et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum preceptum sanctorum canonum, tibi, domine pater Johannes episcope, tuisque successoribus, et sancte sedi ac ecclesie Tornacensi perpetuo me exhibiturum promitto, et propria manu confirmo, salvo ordine meo. »

De et super quibus premissis omnibus et singulis, dictus venerabilis et

religiosus in Christo pater dominus abbas petiit a me, notario publico subscripto, sibi fieri atque tradi publicum instrumentum unum vel plura.

Acta fuerunt hec ante predictum majus altare ejusdem ecclesie Tornacensis, anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis, presentibus ibidem providis et discretis viris magistris Johanne de la Tremoille, advocato, Ostone Oste, promotore curie Tornacensis, et Olivero de Hulant, etiam dicte curie Tornacensis notariis, ac quampluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et me Rogero de Gauley, clerico Lexoviensis diocesis, publico apostolica et imperiali auctoritate venerabilisque curie episcopalis Tornacensis jurato notario, qui premissis omnibus et singulis dum sic premittitur agerentur, dicerenturque et fierent presens una cum prenominatis testibus interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Idcirco huic presenti publico instrumento exinde confecto et manu aliena fideliter scripto, signum meum solitum hic, me manu propria subscribente, apposui requisitus et rogatus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 122, p. 102, copie du XV[e] siècle

---

1008.

Charles VII, roi de France, déclare que l'abbaye de Saint-Martin n'est pas soumise au chapitre de l'église de Tournai, et que c'est sans droit que ce chapitre s'est opposé aux prédications d'un Cordelier dans l'église du monastère.

Paris, 12 août 1460.

Charles, par la grâce de Dieu roy de France, au premier huissier de nostre parlement, ou nostre sergent qui sur ce sera requis.

De la partie de nos bien amez les religieux, abbé et couvent de Saint Martin en Tournay, estans de fondation royal, nous a esté exposé en complaignant, disans qu'ils sont religieux de l'ordre de Saint Benoit, fondez et admortis deuement par nos prédécesseurs roys de France, joyssans de

pluiseurs droiz, franchises et libertez, tant séculières comme ecclésiastiques, et ne sont justiciables ne subgez en espirituel ne en temporel à nos bien amez les doïen et chappitre de l'église de Tournay, ains sont en tant qu'il touche l'observance réguliere et les status de leur ordre seulement subgetz au souverain du dit ordre, et à nostre amé et féal conseillier l'évesque de Tournay, sauf tousjours leur dit ordre et les constitutions d'icelui; et par ce lesdiz de chappitre, ausquels lesdiz complaignans ne sont aucunement subgetz, n'ont nul commendement, districtiion ne cohertion sur eulx, et ne sont tenus lesdiz complaignans ne leur ditte église de obéir aus diz de chappitre ne à leurs commandemens, ausquels titres et autres valables à déclarer se mestier est, quant temps et lieu sera, les diz complaignans ont droit; et sont en bonne possession et saisine, que les diz doïen et chappitre n'ont sur iceulx complaignans, ne sur leur ditte église, quelque puissance, jurisdiction ne cohertion, en possession et saisine que les diz complaignans et leur ditte église ne sont leurs subgez ne justiciables, en possession et saisine que les dis complaignans ne sont tenus de recevoir les commendemens ou prohibitions des diz de chappitre, ny obéir ou obtempérer, et le dit abbé en possession et saisine de administrer ou faire administrer aus diz religieux tous leurs sacremens, tant voluntaires que neccessaires. Sont aussy les diz complaignans en possession et saisine de admettre et recevoir tous prescheurs catholiques, pour déclarer la parole de Dieu en leur église, à eulx ou autrement, en possession et saisine que les diz de chappitre ne les pevent en ce empescher, ne le contredire ou défendre, en possession et saisine que pour avoir admis ou receu les diz prescheurs ilz n'en sont tenus d'en faire réparation aus diz de chappitre, et que oncques les diz de chappitre ne leur en meuvent question, en possession et saisine que se les diz de chappitre ou autres les avoient voulu en ce troubler ou empescher, iceulx complaignans se sont opposez et ont tout fait réparer par justice, et remettre au premier estat et deu; desquels droits et possessions dessus dits, les diz complaignans, tant par eulx que par leurs prédécesseurs, ont joy et usé plainement et paisiblement, au veu et sceu des diz de chappitre et de tous autres qui l'ont voulu veoir et savoir, par x, xx, xxx, xl, l, lx ans et plus, et par tel et si long temps qu'il n'est mémoire du commencement ne du contraire, et par les derrenières années et exploiz.

Mais ce nonobstant, puis an et jour ençà, pour ce que les diz complaignans avoient admis et délaissié ung religieuz cordelier de l'Observance, prescheur en la ditte église, tant pour l'instruction des diz religieux comme d'autres assistens, qui estoit euvre méritoire et de grant édification, mesmement que le dit religieux cordelier estoit un très saint homme et de bonne doctrine, les diz de chappitre s'en sont tenus mal contens, et ont envoyé certains députez de par eulx par devers le dit abbé, disans qu'il avoit grandement excédé d'avoir souffert le dit cordelier prescher en son église, sans ce que le dit prescheur ait obtenu ou demandé leur congié et licence, et s'en sont efforcez de faire les diz complaignans réparer le dit fait et la réception du dit cordelier, en les comminant et menaçant de les vexer et travailler à celle cause, et de leur faire révocquer la ditte admission et ce qui s'en estoit ensuy, en voulant par ceste manière prohiber et défendre ausdits complaignans que plus ne reçoivent, ne puissent recevoir ne admettre aucuns prescheurs en leur ditte église, sans leur dit congié et licence, et contendant par ce moïen emprendre et usurper juridiction sur les diz complaignans, et les submettre à eulx et à leur juridiction, en les troublant et empeschant en leurs diz drois, possessions et saisines, à tort, sans cause, indeuement et de nouvel, et en leur très grant préjudice et dommage; et pourroit plus estre se par nous ne leur estoit sur ce pourveu, humblement requérans sur ce nostre provision.

Pour quoy, nous qui sommes fondeur de la ditte église, et qui la voulons maintenir et garder en nos diz drois, possessions et saisines, sans les souffrir, troubler ne empescher en iceulx, te mandons et commettons par ces présentes, que, adjournez et appellez par devant toy les dittes parties à certain jour et heure que leur assigneras, en dedens la première porte du dit monastère, pour tous lieux et choses contentieuses, maintien et garde de par nous les diz complaignans ou leur procureur en leurs dittes possessions et saisines, et d'icelles les fais, seuffre et laisse joïr et user plainement et paisiblement, sans les souffrir en ce perturber ne molester en aucune manière, ainçois tout le trouble et empeschemens que trouveras y avoir esté fais au contraire, ramaine le et remetz, ou fay ramener et remettre tantost et sans délay au premier estat et deu, en faisant inhibicion, deffense et commandement de par nous aus diz de chappitre, et à tous autres qu'il appartendra et dont seras requis, sur certaines et grosses

peines à nous à applicquer, que les diz complaignans ils facent, seuffrent et laissent joïr et user paisiblement de leurs dittes possessions et saisines, sans leur bailler en ce destourbier ne empeschement aucun, en les contraignant à ce faire et souffrir, et à cesser d'ores en avant des diz troubles, nouvelleté et empeschement, et de semblables par toutes voyes et manières deues et raisonnables; et en cas d'opposition, reffus ou délay, la nouvelleté ostée, le débat et chose contentieuse prinse et mise en nostre main comme souveraine, restablissement fait reaulment et de fait, premièrement et avant tout euvre, de la chose contentieuse, pour le débat des parties, attendu que de toutes complaintes en cas de nouvelleté, par prévantion la congnoissance appartient à nous et à nos juges et officiers, et que les dittes parties sont demourans ès termes des bailliages de Tournay et Tournésis, adjournez les opposans, reffusans ou délaïans à certain et compétent jour par devant nostre bailli de Tournay et Tournésis, ou son lieutenant, à son siége à Maire, à l'encontre des diz complaignans ou de leur procureur pour eulx, pour dire les causes de leur opposition, reffus, ou délay, veoir ordonner de la recréance, et au surplus procéder comme il appartendra par raison, en certiffiant suffissament nostre dit bailli ou son lieutenant de ce que fait en auras. Auquel nous mandons, et pour ce qu'il est nostre plus prouchain juge des dittes parties et choses contentieuses, commettons que aus dittes parties, icelles oyes, face bon et bref droit et acomplissement de justice; car ainsi nous plaist il estre fait. Et aus diz complaignans l'avons octroïé et octroïons de grâce spécial par ces présentes, nonobstant quelzconques lettres surreptices impétrées et à impétrer à ce contraires.

Donné à Paris, le xııe jour d'aoust, l'an de grace mil CCCC soixante, et de nostre règne le xxxvıııe.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 2; original jadis scellé sur simple queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 44; copie de 1685.

1009.

Louis XI, roi de France, mande à ses officiers de faire respecter le droit que les abbés de Saint-Martin et de Saint-Amand-en-Pèvele ont de s'asseoir alternativement à droite, dans le chœur de la cathédrale de Tournai, lors des assemblées ou synodes.

Paris, 4 juin 1462.

Louis, par la grace de Dieu roy de France, au premier huissier de nostre parlement, ou nostre sergent qui sur ce sera requis, salut.

De la partie de noz bien amez les abbez de Saint Martin en Tournay et Saint Amand en Pèvele, de l'ordre de Saint Benoît, estans de fondation royale, nous a esté humblement exposé en complaignant, que à cause des fondation et augmentation de leurs dittes abbayes, ils ont plusieurs beaux droits, prérogatives et prééminences, et entre les autres ils ont droit, prérogative et prééminence que en toutes et chacune les assemblées et congrégations qui se font en l'église de Tournay, des prélas et clergié des ville et cité dudit Tournay, soit aux services tenus par nos amez et féaulx conseilliers les évesques du dit Tournay au cœur de la ditte église, ou autres congrégations et assemblées, ils ont accoustumé de se seoir alternativement, selon certaine composition faite entre eulx, au droit costé de l'entrée du cœur de la ditte église de Tournay, emprés le licenière, et le doyen d'icelle au senestre costé de l'entrée dudit cœur, emprés iceluy licenier; et à ces tiltres et autrement, deuement à déclarer en temps et en lieu, iceulx complaignans ont droit, ont esté et sont en bonne possession et saisine, que en icelles congrégations et services ledit doyen, ne autres quelconques, ne se peuvent ou doivent seoir au droit costé de l'entrée du cœur d'icelle église, emprés iceluy licenier, ou lieu où ils ont accoustumé de seoir, en possession et saisine que aucun ou aucuns ne peuvent ou doivent empescher lesdits complaignans de eulx seoir au droit costé du cœur d'icelle église, emprés iceluy licenier, ou lieu où ils ont accoustumé de eulx seoir esdits services, congrégations et assemblées, en possession et saisine que se aucun avoit fait ou s'estoit efforcé de faire le contraire, de le contredire

et empescher, et faire réparer et mettre par justice au premier estat et don, et des dittes possessions et saisines, et autres afférans à la matière, ont iceulx complaignans jouy et usé plainement et paisiblement, tant par eulx que par leurs prédécesseurs, et ceulx dont ils ont cause, de tel et si long temps qu'il n'est mémoire du contraire, et qu'il souffist et doit souffire à bonne possession et saisine avoir acquise, garder et recevoir, et par les dernières années et derniers exploits, au veu et sceu dudit doyen de la ditte église, et de tous autres qui l'ont voulu voir et sçavoir. Néantmoins iceulx complaignans estans en leurs dittes possessions et saisines, iceluy doyen, puis an et jour ençà, et à la dernière séance qui se fist en la ditte église, se mist et assist au droit costé du cœur, emprés le licenier d'icelle, au lieu duquel les dits complaignans se ont accoustumé de seoir, sans ce qu'il s'en volsist oncques oster, en leur très grand grief, préjudice et dommage, et en les troublant et empeschant en leurs dittes possessions et saisines, à tort et sans cause, indeuement et de nouvel, si comme ils dient humblement, requérans sur ce nostre provision.

Pourquoy nous, ce que dit est considéré, te mandons et commettons par ces présentes que, appellez ceulx qui pour ce seront à appeler à comparoir par devant toy, à certain jour et heure, devant la grande porte de la ditte église, pour tous autres lieux et choses contentieuses, tien et garde de par nous iceulx complaignans en leurs dittes possessions et saisines, et d'icelles et chacune d'elles les fay souffrir, et laisse jouir et user plainement et paisiblement, en contraignant à ce et à cesser doresenavant desdits troubles et empeschements, et des semblables, tous ceulx qui pour ce seront à contraindre, par toutes voyes et manières deues et raisonnables; et en cas de débat ou opposition, les débat et choses contentieuses prinses et mises en nostre main comme souveraine, la nouvelleté, troubles et empeschemens ostez, et restablissement fait réaument et de fait par figure des choses innovées, adjourné les opposans, refusans ou dilayans, à certain et compétent jour ou jours, par devant nostre plus prochain juge des parties et choses contentieuses, pour dire les causes de leurs dits débats et opposition, procéder et faire en oultre selon raison, en certifiant suffisamment audit jour iceluy juge, ou son dit lieutenant, de tout ce que fait aura esté sur ce Auquel nous mandons et, pour ce que par prévention la cognoissance des cas de nouvelleté appertient à nos juges, commettons que aux

parties, icelles ouyes, face bon et brief droit, car ainsi nous plaist il estre fait, non obstant quelconcques lettres subreptices à ce contraires. Mandons et commandons à tous nos justiciers officiers et sujets, que à toy en ce faisant obéissent et entendent diligement.

Donné à Paris, le quattrième jour de juing, l'an de grâce mil quattre cens soixante et deux, et de nostre règne le premier.

Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 76; copie de 1685.

1010.

Louis XI, roi de France, prend l'abbaye de Saint-Martin sous sa sauvegarde, et mande à six sergents royaux de faire respecter les personnes et les biens de cette abbaye.

Orléans, 28 mars 1466.

Datum Aurelianis, die xx^{a} VIII^{a} mensis martii, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto ante Pasca, et regni nostri quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1; original jadis scellé en cire blanche, sur double queue de parchemin. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 107; copie de 1685 [1].

[1] Ce document ne faisant, en somme, que reproduire celui qui figure ci-dessus n° 991, on n'a pas jugé utile d'en donner le texte complet.

1011.

Le pape Paul II charge l'évêque de Cambrai de confirmer, au nom du Saint-Siège, l'abbaye de Saint-Martin dans la possession des biens à Esplechin et Taintegnies qu'elle avait acquis de l'abbaye de Saint-Amand-en-Pèvele, en échange d'autres biens à Saméon et Sirault.

Au Vatican, 3 juin 1469.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, tertio nonas junii, pontificatus nostri anno quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 81; original bullé sur cordelettes de chanvre. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 130, p. 874; copie de 1689 [1].

1012.

Le pape Innocent VIII, en nommant Jean Flameng abbé de Saint-Martin, révoque toutes libéralités, annexions, etc., faites par le Saint-Siège, et qui pourraient nuire à cet abbé.

Au Vatican, 14 mars 1488.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Decet Romanum pontificem, ne commende et provisiones monasteriorum per eum pro tempore facte quomodolibet impediri valeant, sed

[1] Dans cette bulle « Iis qui pro ecclesiarum », une autre « Cum in omnibus judiciis » est vidimée qui émane du même Paul II, et est datée du Vatican, v idus maii 1465. Cette bulle « Ad perpetuam rei memoriam », relative à l'aliénation des biens ecclésiastiques, n'intéresse qu'indirectement l'abbaye de Saint-Martin.

sublatis obstaculis universis votivum sortiantur effectum, congrua remedia adhibere. Cum itaque nos hodie cessionem regiminis et administrationis monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, per dilectum filium Nicolaum, illius abbatem, in manibus nostris faciendam, admittere, et illud dilecto filio Johanni Flamingi, decano ecclesie Sancti Salvatoris Harlebeccensis, Tornacensis diocesis, licentiato in decretis, usque ad certum tempus, de fratrum nostrorum consilio commendare, et deinde de persona sua nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, eidem monasterio providere, ipsumque illi in abbatem preficere intendamus; nos ne commenda, ac provisio et prefectio faciende hujusmodi valeant quomodolibet impediri providere volentes, motu proprio, non ad ipsius Johannis, vel alterius pro eo, nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnes et singulas speciales reservationes sive uniones, annexiones et incorporationes, in favorem venerabilis fratris nostri episcopi Tornacensis, ac quarumcunque aliarum personarum, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam de simili consilio, et cum quibusvis verborum formis et clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, et in litteris apostolicis apponi insolitis, et talibus quod illis nonnisi sub certis inibi expressis modo et forma, vel nullatenus derogari possit, quarum tenores ac si de verbo ad verbum presentibus inferentur haberi volumus pro sufficienter expressis, per nos et sedem apostolicam, factas et concessas, auctoritate apostolica tenore presentium quoad hec suspendimus, et in hujusmodi vocatione effectum sortiri non posse nec debere declaramus, non obstantibus premissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, pridie idus martii, pontificatus nostri anno quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original bullé sur lacs de soie jaune et rouge.

1013.

Le pape Innocent VIII concède aux abbés de Saint-Martin le droit de porter la mître, l'anneau et les autres insignes pontificaux, ainsi que la permission de donner la bénédiction solennelle à la fin des offices, pourvu qu'un prélat ne soit pas présent.

Au Vatican, 25 octobre 1488.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Nicolao, abbati, et conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Exposcit vestre devotionis sinceritas, et religionis promeretur honestas, ut tam vos quos speciali dilectione prosequimur, quam monasterium vestrum dignis honoribus attollamus. Hinc est quod nos, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu, fili abbas, et successores tui abbates dicti monasterii qui pro tempore fuerint, mitra, annulo, et aliis pontificalibus insigniis uti, necnon in dicto monasterio ac ecclesiis et locis illi quavis non pleno jure subjectis, benedictionem solemnem post missarum, vesperarum et matutinarum solemnia, dummodo in benedictione hujusmodi aliquis antistes, vel sedis apostolice legatus, presens non fuerit, elargiri libere et licite possitis, felicis recordationis Alexandri pape IIII, predecessoris nostri, que incipit : « Abbates », ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, vobis et eisdem successoribus auctoritate apostolica, tenore presentium, de specialis dono gratie indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, octavo kalendas novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 1 ; original bullé sur lacs de soie rouge et jaune. — Bruxelles, Arch. gén. du royaume, Cartulaire 129, p. 83, copie de 1685.

1014.

Le pape Léon X nomme le notaire Ludovicus de Rossis coadjuteur de l'abbé de Saint-Martin Jean de Bois.

Pali, 23 avril 1516.

Dat. Pali, Portuensis diocesis, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexto decimo, nono kalendas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original bullé sur cordelettes de chanvre [1].

1015.

Le pape Léon X donne au vice-chancelier de l'église Romaine la commende de l'abbaye de Saint-Martin.

Au Vatican, 30 mars 1520.

Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo, tercio kalendas aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

Mons, Arch. de l'État, Fonds de Saint-Martin, carton 3; original bullé sur cordelettes de chanvre [2].

[1] On n'a pas jugé utile de reproduire le texte de cette bulle « Ex debito pastoralis », adressée « Magistro Ludovico de Rossis, clerico Lugdunensi, notario et familiari nostro », parce que, en dépit de ses grandes dimensions, elle n'apprend rien sur l'abbaye de Saint-Martin.

[2] Cette bulle « Romani pontificis providentia, » est adressée « Dilecto filio Julio, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbitero cardinali, Sancte Romane ecclesie vice-cancellario ».

1016.

Le pape Clément VII nomme Pierre Labbé abbé de Saint-Martin et invite les moines à le reconnaître et à lui obéir.

Avignon, 10 juillet 1532.

Clemens, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis conventui monasterii Sancti Martini Tornacensis, ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

